Oſtēdit q̄ uo ſunt duo ꝯtria neceſſaria: ⁊ q̄ uo non. ⁊ dicit manifeſtū eē ex dictis quot ſūt p̄ncipia circa generationē nāliū: ⁊ q̄ uo ſint tot. Oſ̄ſuꝫ eſt.n. ꝙ opꝫ duo eē ꝯtria: quoꝝ vnū eſt p̄ncipiū per ſe: ⁊ alterū per accn̄s: ⁊ ꝙ aliqđ ſubijciat̄ ꝯtrijs: qđ eſt ēt p̄ncipiū per ſe: ſꝫ aliquo mō alteꝝ ꝯtriorū nō eſt neceſſariū ad gn̄ationē. Sufficit.n. alterū ꝯtriorū q̄nqꝫ facē mutationē abſn̄tia ſua ⁊ p̄ntia. Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū eſt ꝙ ſic in q̄nto hui⁹ dicet̄. tres ſūt ſpēs mutatiōis. ſ. generatio ⁊ corruptio ⁊ mot⁹. Quoꝝ hec eſt dr̄ia qꝛ mot⁹ eſt de vno affirmato in aliud affirmatū. ſicut de albo in nigrū. Generatio aūt eſt de negato in affirmatuꝫ: ſicut de nō albo in albū. vel de nō hoīe in hoīem. Corruptio aūt eſt de affirmato in negatū. ſic de albo in nō albū: vel de hoīe in nō hoīem. Sic igit̄ pꝫ ꝙ in motu reqrunt̄ duo ꝯtria ⁊ vnū ſubm̄. Sꝫ in generatiōe ⁊ corruptiōe reqrit̄ p̄ntia vni⁹ ꝯtrij ⁊ abſn̄tia ei⁹ que eſt p̄uatio. Generatio aūt ⁊ corruptio ſaluant̄ in motu. Naꝫ qđ mouet̄ de albo in nigrū: corrūpit̄ albū ⁊ fit nigrū. Sic igit̄ in oī mutatione nāli reqrit̄ ſubm̄ ⁊ forma ⁊ p̄uatio. Nō aūt rō motus ſaluat̄ in oī generatiōe ⁊ corruptiōe. ſic pꝫ in generatiōe ⁊ corruptiōe ſubaꝝ. Un̄ ſubꝫ ⁊ forma ⁊ p̄uatio ſaluant̄ in oī mutatiōe. nō aūt ſubm̄ ⁊ duo ꝯtria. Hec etiaꝫ oppoſitio īuenit̄ in ſubijs que eſt p̄mū gen⁹. nō āt oppoſitio ꝯtrietatis. Nā forme ſubſtātiales nō ſunt ꝯtrie. lꝫ differētie in genere ſube ꝯtrie ſint ſm̄ ꝙ vna accipit̄ cū p̄uatiōe alteri⁹. ſicut pꝫ de animato ⁊ inanimato. Deinde cum dicit.

L.v.t.c.7. Trium ſpecierū mutationis q̄ ſint differentie.

i. p̄uatio

lo.me.t. c.15.24.

Natura aūt ea que ſubijcit̄: ſi̅litudie rōnis ſub ſcīa cadit. Nā vt ad ſtatuā es aut ad lecticā lignū: aut ad aliqđ aliđ eoꝝ que formā hn̄t mā eſ atqꝫ iſorme ſeſe hꝫ anteq̄ ſuſcipiat formā: ſic ad ſubſtātiā ⁊ hoc aliqđ atqꝫ id qđ eſt hec ſeſe hēe vꝫ. Unū igit̄ hec pricipiū eſt. Nō tn̄ eſt vnū neqꝫ ens ꝑinde atqꝫ hoc aliquid. Unū ēt pricipiū eſt rō: ⁊ inſuꝑ id qđ eſt ꝯtrariū huic: ipſa inq̄ p̄uatio. Hec autem quonam pacto duo ſunt atqꝫ plura: paulo antea diximus.

Subiecta āt nā ſcibilis eſt ſꝫ analogiā. Sicut eni̅ ad ſtatuā es: aut ad lectulū lignū: aut ad aliorum aliqđ habētiū formā in mā: ⁊ iforme ſe hꝫ priuſq̄ accipiat formā: ſic ipſa ſe ad ſubaꝫ hꝫ ⁊ h̄ aliqđ ⁊ qđ eſt. Unū qdē igit̄ pricipiū eſt: nō ſic vnū ex̄ns: neqꝫ ſic vnū: ſicut h̄ aliqđ: vnū aūt ſꝫ ꝙ rō. Ampli⁹ aūt ꝯtrariū huic priuatio eſt. Hec aūt q̄ uo duo: ⁊ quomodo plura dictum eſt. T.c.69. T.c.70.

Manifeſtat p̄miſſa p̄ncipia: ⁊ dicit ꝙ nā que p̄mo ſubijcit̄ mutatiōi. i. mā p̄ma nō p̄ōt ſciri per ſeipſam. cū oē qđ cognoſcit̄ cognoſcat̄ per ſuā formā. mā aūt p̄ma ꝯſiderat̄ ſubiecta oī forme: ſꝫ ſcit̄ ſm̄ analogiā. i. ſm̄ ꝓportionē. Si.n. cognoſcim⁹ ꝙ lignū eſt aliqđ p̄ter formā ſcāni ⁊ lecti. qꝛ q̄nqꝫ eſt ſub vna forma: q̄nqꝫ ſub alia. Cuꝫ igit̄ videam⁹ hoc qđ eſt aer q̄nqꝫ fieri aquā: opꝫ dicē ꝙ aliquid ex̄ns ſub forma aeris: q̄nqꝫ fit ſub forma aq̄. ⁊ ſic illđ qđ eſt aliqđ p̄ter formā aq̄. ⁊ p̄ter formā aeris ſe hꝫ ad ipſas ſubas nāles ſic ſe hꝫ es ad ſtatuā: ⁊ lignū ad lectū. ⁊ q̄ đlibet m̄ale ⁊ īforme ad formā. hoc dicimus eē mām p̄mā. Hoc eſt igit̄ vnū p̄ncipiū nāe. Qđ nō ſic vnū eſt ſic h̄ aliqđ: hoc eſt ſic aliqđ indiuiduū demōſtratū: ita ꝙ hēat formā ⁊ vnitatē in actu. ſꝫ dr̄ ens ⁊ vnū inquātū eſt in potētia ad formā. Aliud p̄ncipiū autē eſt rō vel forma. Tertium autē eſt priuatio que ꝯtrariat̄ forme. Et q̄ uo iſta p̄ncipia ſint duo. ⁊ q̄ uo tria. dcm̄ eſt prius. Deinde cum dicit.

Primū igit̄ dcm̄ eſt: ꝯtraria ſolū p̄ncipia eē. Deīde neceſſariū eē quoddā ēt aliud ſubijci: triaqꝫ eē. Ex hiſce v̄o que nūc dixim⁹ pꝫ que nā eſt dr̄ia ꝯtrarioꝝ: ⁊ q̄ uo p̄ncipia ſe hn̄t: ⁊ qđ eſt ipꝫ ſubiectū. Sꝫ vtruꝫ forma ſubſtātia ſit an ſubiectū: nōdū emerſit. Patet tn̄ tria p̄ncipia rerū eē: ⁊ quonā pacto atqꝫ qs ipſorum ſit modus. Quot igitur ⁊ que ſint principia rerum ex hiſce que diximus ſit perſpectum.

Primū qdē igit̄ dcm̄ eſt ꝙ pricipia ꝯtria ſunt. Poſteri⁹ aūt ꝙ neceſſe eſt ⁊ aliđ quoddā ſubijci ⁊ eē tria. Ex his āt nūc manifeſtū eſt que differētia ꝯtrioꝝ: ⁊ q̄ uo ſe hn̄t adinuicē pricipia: ⁊ quid ſit ſubiectū. Utrū aūt ſubſtantia ſpēs: aut ſubiectū: nōdū manifeſtū eſt. Sed ꝙ principia tria: ⁊ q̄ uo: ⁊ qs modus eoꝝ dcm̄ eſt. Quot qdē igit̄ ⁊ que ſunt principia: ex his cōſideretur. T.c.71.

Reſumit que dcā ſunt: ⁊ oſ̄dit que reſtāt dicēda. Dicit ergo ꝙ p̄us dcm̄ eſt: ꝙ ꝯtria ſūt p̄ncipia. ⁊ poſtea ꝙ eis aliqđ ſubijcit̄. ⁊ ſic faciūt tria p̄ncipia. Et ex his que nūc dicta ſūt: manifeſtū eſt que dr̄ia ſit inter ꝯtria: qꝛ vnū eſt p̄ncipiū per ſe: ⁊ aliud per accn̄s. Et iterū dcm̄ eſt q̄ uo p̄ncipia ſe habeāt adinuicē: qꝛ ſubꝫ ⁊ ꝯtriū ſūt vnū nūero ⁊ duo rōne. Et iteꝝ dcm̄ eſt qđ eſt ſubꝫ: ſꝫ ꝙ manifeſtari potuit. Sꝫ nō dcm̄ adhuc eſt qđ ſit magis ſuba: vtrū forma vel mā. Hoc.n. dicet̄ in p̄ncipio ſcđi. Sꝫ dcm̄ ē ꝙ p̄ncipia ſūt tria: ⁊ quomodo. ⁊ qs eſt modus ipſorum. Et vltimo concludit p̄ncipale intentum. ſ. ꝙ manifeſtum eſt quot ſunt principia ⁊ que ſunt. T.c.8.

LEC. XIIII.

Poſt

¶ Post hec aūt ꝛ dubitatiōez veteꝝ vnice hoc pacto solui dicam⁹. Primi nāq₃ ꝑhi vitatē atq₃ nām eoꝝ q̄ sūt querētes: exorbitarūt q̄si ad aliā viā quādā₃ a ṽi ditate depulsi. Atq₃ asserūt: neq₃ fieri qcq̄₃ eoꝝ que sūt: neq₃ corrūpi: ꝓpterea qꝺ necesse est qdez oē qꝺ fit: aut ex ente aut ex nō ente fieri generariq₃. Neutrū aūt eē pōt. Neq₃ eni fit id qꝺ est. Jam eni est. Et ex nō ente nihil fieri pōt. Aliqd eni subijciaꝛ oportet. Atq₃ hoc pacto id qꝺ deinceps accidit augētes: neq₃ multa inquiunt esse. Sed solū ipm qꝺ ē. Illi igiꝛ ob ea que dicta sunt: hanc habuerunt opinionem.

Quod autē singulariter sic soluiꝛ ꝛ antiquoꝛu₃ defectus: dicamus post hec. Querētes.n. ṗm philosophiam primi veritatē ꝛ nām rerum: diuerterunt vt in viā quādā aliā abscedētes ob īfirmitatē: ꝛ dicūt neq₃ fieri eoꝝ que sūt nullū: neq₃ corrūpi: ꝓpter id ꝙ necāriū est fieri qꝺ fit: aut ex eo qꝺ est aut ex eo qꝺ nō est. Ex his aūt vtrisq₃ īpossibile est eē. Neq₃.n. qꝺ est fieri ꝯtigit. est eni iā: neq₃ T.c.72. ex eo qꝺ non est nihil vtiq₃ fieri. Subijci.n. aliquid opꝫ. Et sic ꝯsequēter ꝯtingēs augmētātes nō eē multa dicūt: s₃ tm̄ qꝺ est. Illi igitur talia₃ accipiebant opinionē propter ea que dicta sūt.

Postq̄₃ ꝑhs determinauit vitatē de ꝑncipijs nāe. hic excludit antiquoꝝ dubitationes ꝑ ea q̄ determīata sūt de ꝑncipijs. Et ꝑ dubitatiōes seu errores q ꝓuenerūt ex ignorātia māe. Scḋo dubitatiōes seu errores q ꝓuenerūt ex ignorātia ꝑuationis ibi[Tangentes igiꝛ qdā.] Tertio reseruat alteri scie dubitationes q̄ accidunt circa formā. ibi[De ꝑn° aūt ṗm spēm.] Circa ꝑm̄ duo facit. Prīo ponit dubitationē ꝛ errorē in quē antiq īciderūt ex ignorātia māe. Scḋo soluit eoꝝ dubitationē ꝑ ea que sūt determinata. ibi[Nos aūt dicimus.] Dicit ergo ꝑmo ꝙ post determinatā vitatē de ꝑncipijs: dicendū est ꝙ solūꝛ ista via. oīs defectus. i. dubitatio antiquoꝝ soluiꝛ. Et h̄ est signū esse veꝝ qꝺ de ꝑncipijs dcm̄ est. Nā vitas excludit oēm falsitatē ꝛ dubitationē: s₃ posito quocunq₃ falso opꝫ aliquā difficultates remanere. Dubitatio aūt ꝛ error antiquoꝝ ꝑhoꝝ hic fuit. Primi qui ṗm ꝑhiam inqsierūt veritatē ꝛ nām reꝝ: diuerterūt in quādā aliā viā a via veritatis: ꝛ a via nālī: qꝺ accidit eis ꝑꝑ īfirmitatem ītellectus eoꝝ. Dixerūt.n. ꝙ nihil neq₃ generaꝛ neq₃ corrūpiꝛ. Quod est ꝛ cōtra veritatē ꝛ cōtra naturā. Et ad h̄ ponēdū eos infirmitas ītellectus coegit: q₂ nescierūt hāc rōnē soluere: per quā videbaꝛ ꝓbari ꝙ ens nō generatur. Quia si ens fit: aut fit ex ente: aut ex non ente. Et vtrūq₃ hoꝝ videtur eē īpossibile. s. ꝙ ens fiat ex ente: ꝛ ꝙ fiat ex nō ente. Qꝺ eni ex ente aliqd fieri sit īpossibile: ex h̄ manifestū est: q₂ id qꝺ est nō fit. nihil.n. est anteq̄₃ fiat: ꝛ ens iā est. ergo nō fit. Qꝺ etiā ex nō ente aliqd fieri sit īpossibile: ex hoc manifestū est: q₂ opꝫ aliqd subijci ei qꝺ fit: vt supra ostēsū₃ est: ꝛ ex nihilo nihil fit. ꝛ ex hoc ꝯcludebaꝛ ꝙ entis non erat gnātio neq₃ corruptio. Et vlterius in hoc argumētātes augebāt suā positionē: vt dicerēt ꝙ nō eēnt multa entia: s₃ vnū ens tm̄. ꝛ hoc dicebāt ꝑꝑ rōnē ꝑdictā. Cū eni ponerēt vnū esse māle ꝑn^{m}: ꝛ ex illo nihil dicerēt causari s₃ gnātionē ꝛ corruptionē: s₃ solū s₃ alterationē: seq̄baꝛ ꝙ id remaneret semꝑ vnum ṗm sūbam. ¶ 2° ibi.

¶ Nos aūt vno qdē mō: nihil inter hec dicim⁹ itere(s)se: ex ente inq̄₃ aut e nō ente fieri: ꝛ id qꝺ non est aut qꝺ est agē qppiā aut pati: aut qꝺuis hoc fieri: ꝛ medicū agē qppiam aut pati: aut e medico aliqd eē aut oriri. Quare cū id dicaꝛ dupl'r: patet ꝛ ex ente fieri: aut id qꝺ est agere: aut pati: duob⁹ modis idētidem dici. Edificat igiꝛ medicus: nō vt ē medicus: sed vt edificator. Et albus fit: nō hoc sane quo medicus ē: sed quo niger. Medeꝛ autē ꝛ medicinā₃ amittit: quo medicus est. Atq₃ cū maxime ipm medicū agere qppiam: aut pati dicamus: vel e medico fieri: si illud T.c.77. agat vel patiaꝛ vt medicus: ꝑꝫ ꝛ hoc: e nō ente inq̄₃ fieri: id significare vt nō ens est. Qꝺ qdē cū nō distinxissent illi: lōge a veritate semoti sūt: ꝛ ob ignoratiōnē hāc adeo īsuꝑ ignorarūt: vt nihil fieri ꝓrsus: neq₃ ceteroꝝ qcq̄₃ eē arbitrarenꝛ: sed oēm tollerent generationē. Nos āt ꝛ ipsi dicim⁹ nihil qdē fieri simpl'r ex nō ente: tm̄ ex nō ente ꝑ accn̄s fieri. Ex ꝑuatiōe eni que est ꝑ se nō ens: ꝛ q̄ nō inest: fieri dicim⁹. Afficiꝛ itaq₃ id admiratiōe. Ac īpossibile eē videꝛ: ex nō ente fieri. Sil'r aūt neq₃ ex eo qꝺ est: neq₃ id qꝺ est fieri nisi ꝑ accn̄s. Sic aūt ꝛ hoc fieri dicim⁹ eodē mō: ceu si aīal ex aīali fieret: ꝛ aliqꝺ aīal ex quopiā aīali: vt si canis ex equo fieret. Et eni canis nō solū ex aīali quodā: sed ex aīali etiā fiet. Sed nō vt est aīal: iā eni₃ id ipm ē. Si vo qppiam emersurū ē aīal nō per accn̄s: nō erit ex aīali. Et si qd ens orieꝛ: nō ex ente: neq₃ e nō ente fiet. Dcm̄ ē eni quid significat e nō ente fieri eo nāq₃ pacto quo ē nō ens. Insuꝑ neq₃ hoc eē inq̄₃ oē aut nō eē tollim⁹. Is igiꝛ vn⁹ ē modus sol'onis.

¶ Nos aūt dicimus quidem ex eo quod est: aut T.c.73. ex eo qꝺ nō est fieri: aut qꝺ est: aut quo non est aliquid facere: aut pati: aut quodlibet fieri hoc: vno quidem modo nihil differt: vt medicum aliquid facere: aut pati: aut ex medico aliquid esse aut fieri. Quare qm̄ hoc dupliciter dicitur: T.c.74. manifestum est: qm̄ ꝛ ex eo qꝺ est: ꝛ ex eo qꝺ non est: ꝛ quod est aut facere aut pati. Edificat quidem igitur medicus nō ṗm ꝙ medicus: sed ṗm ꝙ edificator. ꝛ albus fit nō inq̄₃tum medicus: sed inq̄₃tum niger. Medicatur autem ꝛ nō medicus fit: inq̄₃tum est medicus. Qm̄ autem maxime ꝓprie dicimus medicum aliquid facere aut pati: aut fieri ex medico: si ṗm ꝙ medicus hoc patiaꝛ aut faciat: manifestum ex eo qꝺ non est: fieri: ꝛ hoc significat inq̄₃tu₃ nō ē. Quod illi quidem nō percipiētes deliquerunt: ꝛ propter hāc ignorantiam itantum ignorauerunt ꝙ nihil opinati sunt fieri neq₃ esse aliorum: sed auferebāt omnem generationem. Nos autem ꝛ ipsi T.c.75 dicim⁹ fieri qdē nihil simpl'r ex eo qꝺ nō est: s₃ tm̄ fieri ex eo qꝺ nō est: vt ṗm accn̄s. Ex priuatiōe eni qꝺ ē qdē ꝑ se nō ens: nō in existe fit. Mirabile aūt videꝛ ꝛ impossibile sic fieri aliqd ex eo qꝺ non est. Sil'r aūt nec ex eo qꝺ est: neq₃ qꝺ est T.c.76.

Lect.ij.

fieri:nisi ſm accñs. Sic aũt ⁊ ex hoc fieri eodez mõ: vt ſi ex aiali aial vtiq; fiat: ⁊ ex quodã aiali qddã aial: vt ſi canis ex equo fiat. Fiet quidẽ.n. vtiq; nõ ſolũ ex quodã aiali canis: ſ; ẽt ex aiali: ſ; nõ inq̃ȝtũ eſt aial. Eſt.n.iã h. Si aũt aliqd de bet fieri aial nõ ſm accidẽs: nõ ex aiali erit: ⁊ ſi aliqd qđ eſt: nõ ex eo qđ eſt: neq; ex eo qđ nõ ẽ.

T.c.77. Quod enim eſt ex eo qđ nõ eſt: dcm̃ ẽ nobis qđ ſignificet: qm̃ inq̃ȝtũ non eſt. Amplius aũt ⁊ eẽ omne aut non eſſe non remouetur. Unus quidẽ igitur modus hic eſt.

Soluit pdictã obiectionẽ. Et circa h duo fac. Primo ſoluit dupl'r pdictã obectionẽ. Scdo ↄcludit pncipale ꝑpoſitũ. ibi[Quare ſm q̄ vere.] Prima diuidit in duas ſ; duas ſolones q̄s põit. Scda ibi[Ali⁹ aũt qm̃.] Dicit ḡ p̊ q̄ q̄ȝtũ ad modũ loquẽdi nõ differt dicẽ q̄ aliqd fit ex ente vel nõ ente: vel q̄ ens aut nõ ens faciat aliqd aut patiat: ſiue de quocũq; alio: ⁊ dicere huiꝰ ꝑpoſitiões de medico.ſ.q̄ medic⁹ faciat aliqd aut patiat: vel q̄ ex medico fit aliqd: aut fiat. S; dicere q̄ medicus faciat aliqd aut patiat: vel q̄ ex medico fiat aliqd: duplicẽ h; itellectũ.ḡ dicere q̄ ex ente aut ex nõ ente fiat aliqd: aut q̄ ens aut nõ ens faciat aliqd aut patiat: duplicẽ h; itellectũ. Et ſic ẽ in q̄buſcũq; alijs terminis põat. puta ſi dicat q̄ ex albo fiat aliqd: aut q̄ albũ faciat aliqd: aut patiat. Qr aũt duplicẽ habeat intellectũ: cũ dr̃ q̄ medicus aliqd facit aut patiat: aut q̄ ex medico fit aliqd: ſic manifeſtat. Dicim⁹.n.q̄ medic⁹ edificat: ſ; h nõ facit inq̃ȝtũ eſt medic⁹: ſ; inq̃ȝtũ edificator eſt. Et ſil'r dicim⁹ q̄ medicus fit albus: ſed nõ inq̃ȝtũ ẽ medic⁹: ſ; inq̃ȝtũ ẽ niger. Alio mõ dicim⁹ q̄ medic⁹ medicat inq̃ȝtũ eſt medic⁹. Et ſil'r q̄ medic⁹ fit nõ medic⁹ inq̃ȝtũ ẽ medic⁹: ſ; tũc dicim⁹ ꝓpe ⁊ ꝑ ſe medicũ aliqd facẽ vel pati: vl' ex medico aliqd fieri: qñ h attribuit medico inq̃ȝtũ medicus. Per accñs aũt qñ attribuit ei nõ inq̃ȝtũ ẽ medic⁹: ſ; inq̃ȝtũ ẽ aliqd aliud. Sic igit p; q̄ cũ dr̃ medicũ facẽ aliqd aut pati: vel ex medico fieri aliqd: dupl'r itelligit.ſ.ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs. Unñ mãifeſtũ ẽ q̄ cũ dr̃ aliqd fieri ex nõ ente: ꝓpe ⁊ ꝑ ſe itelligit h ſi fiat aliqd ex nõ ente inq̃ȝtũ ẽ nõ ens. Et ſil'r rõ ẽ de ente. Et hãc diſtictionẽ antiq nõ ꝑcipiẽtes itantũ peccauerũt: q̄ nihil ſũt opinati fieri: nec opinati ſũt q̄ aliqđ aiioꝝ pter id qđ ponebãt p̊ᵐ pnᵐ mãle hñet eẽ ſubale. Puta dicẽtes aerẽ eẽ p̊ᵐ mãle pnᵐ dicebãt oĩa alia ſignificare qddã eẽ accñtale. Et ſic excludebãt oẽȝ gnãtionẽ ſubalẽ: ſolã alterationẽ relinquẽtes. ex eo ſ.q̄ q: nõ fit aliqd ex nõ ente ꝑ ſe: vel ente: opinabant q̄ nihil poſſit fieri ex ente vl' nõ ente. S; nos ẽt ipſi dicim⁹ q̄ ex nõ ente nihil fit ſimpl'r ⁊ ꝑ ſe: ſ; ſolũ ſ; accñs: q: qđ ẽ.i.ens ꝑ ſe qdẽ nõ ẽ ex ꝑuatiõe: ⁊ h iõ q: ꝑuatio nõ itrat eẽntiã rei fcẽ. Ex h aũt aliqd fit ꝑ ſe qđ ieſt rei poſtq̄ iaȝ fcã eſt. Sicut figuratũ fit ex ifigurato nõ ꝑ ſe: ſ; ꝑ accñs. q: poſtq̄ iã ẽ figuratũ: ifiguratũ nõ ieſt ei. S; iſte eſt mirabilis modus fiẽdi aliqd ex nõ ente: ⁊ ꝑ videbat ipſis antiq̄s phis. Sic igit p; q̄ ex nõ ente fit aliqd: nõ ꝑ ſe: ſ; ꝑ accñs. Simil'r ſi q̄rat verũ ex ente fiat aliqd. Dõm eſt q̄ ex ente fit aliqd ꝑ accñs: ſed nõ ꝑ ſe. Et h manifeſtat ꝑ tale exẽplũ. Ponam⁹ enĩ q̄ ex equo generet aliq̄s canis: q̊ poſito manifeſtũ ẽ q̄ ex q̄dã aiali fiet quoddã aial: ⁊ ſic ex aiali fiet aial: nõ tñ fiet aial ex aiali ꝑ ſe: ſ; ꝑ accñs. Nõ n. fit inq̃ȝtũ eſt aial: ſ; inq̃ȝtũ ẽ h aial: q: aial iã eſt actu anteq̄ fiat canis: q: ẽ equ⁹: ſ; nõ eſt h aial qđ ẽ canis. vñ ꝑ ſe h aial qđ ẽ canis fit ex nõ h aiali.i.ex ñ cane. S; ſi fieret aial ꝑ ſe ⁊ nõ ꝑ accñs: oporteret q̄ fieret ex nõ aiali. Sic ẽt eſt de ente. Fit enĩ ens aliqđ ex nõ ente h.ſ; accidit ei q̄ nõ eſt h qđ fit ens. Unñ nõ fit aliqd ꝑ ſe ex ente: neq; ꝑ ſe ex nõ ente. Hoc.n.ꝑ ſe ſignificat aliqd fieri ex nõ ente: ſi fiat ex nõ ente inquantũ eſt nõ ens: vt dcm̃ eſt. Et ſicut cũ h aial fit ex h aiali: vel h corp⁹ ex h corpore nõ remouet oẽ corpus: nec oẽ nõ corp⁹: nec oẽ aial vel nõ aial ab eo ex quo aliqd fit: ſic non remouet ab eo ex quo fit hoc ens: neq; oẽ eẽ: neq; oẽ nõ eſſe: q: id qđ fit hoc ens qđ eſt ignis h; aliqđ eẽ: q: ẽ aer: ⁊ aliqđ nõ eẽ: q: nõ ẽ ignis. Iſte igit ẽ vn⁹ modus ſoluẽdi pdictã dubitationẽ. S; iſte modus ſoluẽdi iſufficiẽs ẽ. Si.n. fit ens ꝑ accñs ex ente ⁊ ex nõ ente: op; ponere aliqd ex quo fiat ens per ſe: q: oẽ qđ eſt per accidẽs reducit ad id qđ eſt per ſe. Ad oſtendẽdũ igit ex quo fit aliqd per ſe ſubiũgit ſcðm modũ ibi.

Alius autez eſt per potẽtiam atq; actum. Dici aũt hec poſſunt potentia atq; actu. Hoc autem alijs in locis exacte magis determinauimus.

Alius autem qm̃ contingit eadem dicere ſm potentiam ⁊ actum. Hoc aũt determinatuȝ eſt in alijs per certitudinem magis. T.c.78.

Et dicit q̄ cõtingit aliq̃ dicere ⁊ ſm potẽtiã ⁊ ſm actũ: vt certi⁹ determinatũ eſt in alijs.ſ.in 9ᵒ metaphy. Ex ente igit i potẽtia fit aliqd ꝑ ſe. Ex ente aũt i actu vel ex nõ ente fit aliqd ꝑ accñs. Hoc aũt dicit: q: mã q̄ eſt ens in potẽtia eſt id ex quo fit aliqd ꝑ ſe. hec eſt enĩ q̄ itrat ſubam rei facte. S; ex ꝑuatiõe vel forma pcedẽte fit aliqd ꝑ accñs iquãtũ mãe ex qua fit aliqd ꝑ ſe ↄueniebat eẽ ſub tali forma: vel ſub tali ꝑuatiõe. Sicut ſtatua ex ere fit ꝑ ſe: ſ; ex nõ habẽte talẽ figurã: ⁊ ex hñte aliã figurã fit ſtatua ꝑ accidẽs. Ultimo cõcludit principale propoſitum ibi. T.4.c.4.

Quare vt dicebam⁹ dubitationes ille ſoluunt: ob q̄s quedã coꝝ que dicta ſunt compulſi tollũt antiq. Ob hoc enĩ tãtũ exorbitarũt ab ea via qua ad generationẽ corruptionẽq; atq; oĩno mutationẽ accedetur. Hec enim natura ſi viſa fuiſſet: omneȝ hanc ipſorum ignorationem vtiq; diſſoluiſſet.

Quare ſm q̄ vere dicim⁹ defect⁹ ſoluitur ꝑꝑ quos coacti remouẽt pdictoꝝ quedã. Propter h enĩ itantũ deſtiterũt priores a via in generationẽ ⁊ corruptionẽ ⁊ oĩno mutationẽ. Hec enim vtiq; viſa nã oẽm ſoluit hanc ipſoꝝ ignorãtiaȝ.

Dicẽs q̄ ſic vere dicim⁹ defect⁹.i. dubitatiões ſoluunt ꝑꝑ pdcã. Ex q̄b⁹ dubitatiõibus coacti antiq aliq remouerũt q̄dã pdictoꝝ.ſ. generationẽ ⁊ corruptionẽ ⁊ pluralitatẽ ſubſtãtialiter differentiũ. S; hec nã manifeſtata.ſ.mã ſoluit oẽm illoꝝ ignorantiã

LEC. XV.

Ipſã igit ⁊ alij q̄dã ſ; nõ ſufficiẽter vtiq; tetigere. Primũ.n. ex nõ ente ſimpliciter aliqd fieri atq; oriri fatentur: ea ſane ratione qua Parmenidem recte dicere arbitrantur. Deinde ſi eſt vna numero: ⁊ vna ſolum potentia ipſis eſſe videtur.

Angentes quidẽ igit ⁊ alteri q̄dã ſunt ipſaȝ: ſed nõ ſufficiẽter. Primã quidẽ enĩ confitentur ſimpl'r fieri aliqd ex eo qđ nõ eſt: iquãtũ Parmẽidẽ recte eſt dicere. Poſtea videtur ipſis ſi vere eſt numero vna: ⁊ potentia tm̃ vnam eſſe. T.c.79.

Poſtq̄ Phs excluſit dubitatiões ⁊ errores ãtiquorũ phoꝝ ꝑuenientes ex ignorãtia mãe. Hic excludit errores ꝑuenientes ex ignorãtia ꝑuatiõis. Et cir-

ca ħ tria facit. Pri° ꝓponit errātiū errores. Scd̄o ostēdit drīaʒ hui⁹ positiōis ad vitatē supra ab ipso determinatā. ibi[Hoc differt.] Tertio pbat suā opinionē verā esse. ibi[Subiecta qdē nā.] Dicit ḡ p°. ꝙ qdā pħi tetigerūt māʒ: ſʒ nō sufficiēter. q₂ nō distiguebāt iter ꝑuationē ⁊ mām. vñ qḋ est ꝑuationis attribuebāt materie. Et q₂ ꝑuatio ſʒ se est nō ens. dicebāt ꝙ mā ſm se est nō ens. Et sic sicut aliqd per se ⁊ simplr̄ fit ex mā: sic ꝯfitebanť ꝙ simplr̄ ⁊ p se aliqd fit ex nō ente. Et ad ħ ponēdū duab⁹ rōnib⁹ idu-cebātur. Pri° qdē rōne Parmenidis dicētis: ꝙ qcqd est ꝑter ens est nō ens. vñ cū mā sit preter ens: q₂ nō est ens actu: dicebāt eā simplr̄ eē nō ens. 2° vo q₂ videbať eis ꝙ id qḋ ē nūero vnū vel subo: sit ēt rōne vnū: qḋ hic appel-lat eē potētia vnū: q₂ ea q̄ sūt rōne vnū: sic se hñt ꝙ eādē ē vt⁹ vtriusqʒ. Ea vo q̄ sūt subo vnū: ſʒ nō rōne: nō hñt eā-dē potētiā seu vtutē: vt pʒ i albo ⁊ musico. Subʒ āt ⁊ ꝑua-tio sūt vnū numero: vt es ⁊ ifiguratū. vñ videbať eis ꝙ eēnt idē rōne vl̄ vtute. Sic igiť ħ accipit vnitatē potētie.

Dubium ℂ Sʒ ne qs hic dubitet occasione hoꝝ vboꝝ qd sit poten-
Responsio. tia mãe. ⁊ vtꝝ sit vna vel plures. Dōm ē ꝙ actus ⁊ potē-
Et t.c.i. tia diuidunt qḋlibet gen⁹ entiū. Ut pʒ in 9° metaph. ⁊ in
L.i.t.c.3. 3° huius. Uñ sicut po° ad q̄litatē nō est aliqd extra genus q̄litatis. ita potētia ad eē subāle nō est aliqd extra genus sube. Nō igiť potentia mãe est aliq̄ ꝓprietas addita sup eēntiā ei⁹: ſʒ mā ſm suam subam est potētia ad eē subāle. Et tñ potētia mãe subo ē vna respectu multaꝝ formaꝝ: sed rōne sunt multe potētie ſm habitudinez ad diuersas
R. 1. la fi. formas. Uñ in 3° huius diceť. ꝙ posse sanari ⁊ posse infir-
t.c.40. mari differt ſm rōnem. ℂ Secundo ibi.

ℂ Hoc āt plurimū sane differt. Nos. n. mām ꝑuatio-nēue: diuersa dicim⁹ eē: atqʒ mām qdē nō ens eē per accñs: ꝑuationē vo p se cēsem⁹. Et illā qdē ꝓpe atqʒ q̄dāmō sbāʒ: ꝑuatiōeʒ vo subāʒ nllo mō eē asserim⁹.

ℂ Sʒ hoc differt plurimū. Nos qdē enim mate-riā ⁊ priuationē alterā dicim⁹. Sʒ hoꝝ hāc qui-dē nō eē ſm accñs mām. priuationeʒ aūt per se nō esse. Et hāc qdeʒ ꝓpe rē ⁊ substātiā aliqualr̄ materiā: priuationem autem nequaq̄.

ℂ Ostēdit drīam sue opionis ad opionē pmissaʒ. Et circa ħ duo facit. Pri° aperit itellectū sue opionis. 2° ostendit qd alia opio ponat. ibi[Quidā aūt qḋ nō est.] Dicit ḡ pri-mo ꝙ multū differt aliqd eē vnū numero vel subo. ⁊ esse
Lec.12.t. vnū potētia vel rōne: q₂ nosipsi dicim⁹ vt ex supioribus
c.60. pʒ: ꝙ mā ⁊ ꝑuatio lʒ sint vnū subo: tñ sunt alteꝝ rōne. Qḋ pʒ ex duob⁹. Pri° qdē q₂ mā est nō ens ſm accñs: sed pri-uatio est nō ens p se. Hoc. n. ipʒ qḋ est ifiguratū significat nō eē: ſʒ ens nō significat nō eē nisi iquātū ei accidit infi-guratū. 2° vo q₂ mā est prope rem: ⁊ est aliqualr̄: q₂ est in potētia ad rē: ⁊ est aliqualr̄ suba rei: q₂ itrat in ꝯstitutionē sube. Sed hoc de priuatiōe dici nō pōt. ℂ Secundo ibi.

ℂ At illi id qḋ nō est: magnū paruūqʒ silr̄ inqunt eē: aut vtrūqʒ simul: aut vtrūqʒ seorsuʒ. Quare modus hic trinitatis diuersus ab illo penit⁹ est. Hucusqʒ nā qʒ ꝓgressi sunt: vt aliquā nām opoꝛtē subijci dicāt. hanc tamē vnam faciunt. Nam ⁊ si quidam dualita-tem facit: magnum ⁊ paruuʒ ipsam appellans: nihi-lominus tñ idem facit: alteram enim despexit.

L.c.60. ℂ Quidā aūt qḋ non est magnū ⁊ paruum silr̄: aut simul vtrūqʒ: aut seorsum vtrūqʒ. Quare penit⁹ alter modus est hic trinitatis ⁊ ille. Usqʒ quidē eni ad hoc peruenīūt: ꝙ opʒ quādam sup poni nām. Hāc tñ vnam faciūt. Etenim si aliqs dualitatē facit dicēs magnū ⁊ paruū ipsam: ni-hilominus idē facit: alterā enim despexit.

ℂ Manifestat itellectū opionis platonice. ⁊ dicit ꝙ plato nici ponebāt qdē duo ex parte mãe. s. magnū ⁊ pauum: sed tñ alr̄ q̄ Ar. q₂ Ar. ponit ista duo eē: mām ⁊ ꝑuationeʒ q̄ sūt vnū subo: ⁊ dnt rōne. Sʒ isti nō pōebāt ꝙ alteꝝ isto rū eēt ꝑuatio: ⁊ alteꝝ mā: ſʒ ꝑuationē coassumebāt vtriqʒ s. paruo ⁊ magno: siue acciperēt ista duo sil̄: vtpote cum lo quebanť nō distiguētes eā p magnū ⁊ puū: siue accipene vtrūqʒ seorsuʒ. Uñ pʒ ꝙ olno alr̄ ponebāt tria pn̄ platō i ci ponētes formā ⁊ magnū ⁊ paruū. ⁊ Ar. q posuit māʒ ⁊ ꝑuationē ⁊ formā. Platonici vo vsqʒ ad ħ puenerūt pre alijs pħis antiqoꝛib⁹ ꝙ opʒ vnā quādā nāʒ supponi oīb⁹ formis nālibus q̄ est mā pma: ſʒ hāc faciūt vnā tñ. sicut subo ita ⁊ rōne: nō distiguētes iter ipsā ⁊ ꝑuationē: q₂ ⁊ si ponant dualitatē ex pte mãe. s. magnū ⁊ puū: nihilomin⁹ nō faciūt drīaʒ iter māʒ ⁊ ꝑuationē: ſʒ faciūt mētionē tñ de mā sub q̄ cōprehēdiť magnū ⁊ puū: ⁊ priuationem de-spexerunt: de ea mētiōeʒ nō faciētes. ℂ Deide cū dicit.

ℂ Eteni materies qdē pmanēs: vna cū forma causa ē coꝝ q̄ fiūt pinde ac mr̄. Aut ꝯtrarietatis altera ps: nec eē oino p̄sepe ei videbiť: q mēte ipsi⁹ maleficiuʒ intuet. Naʒ cū sit quoddaʒ diuinū ⁊ bonum ac appe-tibile: alterum ipsi contrarium esse dicimus.

ℂ Subiecta quidē materia cum forma cā est eo rū que fiūt sicut mater. Altera vo pars contra-rietatis multotiēs imaginabitur ad maleficium ipsius ꝓtēdenti itellectū: neqʒ eē penitus: ⁊ esse extra oē. Existe enīʒ quodam diuio ⁊ optio ⁊ L.c.81.
appetibili: aliud qdem ꝯtrariū eē ipsi dicimus.

ℂ Probat ꝙ sua opinio hʒ veritateʒ. Et circa ħ duo facit. Pri° ostēdit ꝓpositū. s. ꝙ opoꝛteat priuationē distingui a mā. Scd̄o ondit qūo mā corrūpať vl̄ generet. ibi[Corrū piť aūt.] Primū āt ondit dupl̄r. Pri° qdē osñue. Scd̄o ducendo ad ipoſe ibi[Aliud aūt aptū natū.] Dicit ḡ p° ꝙ ista nā q̄ subijciť. s. mā: sil̄ cū forma est cā eoꝝ q̄ fiūt ſm nāʒ ad modū mr̄s. Sicut. n. mater ē cā gn̄ationis in reci-piēdo: ita ⁊ mā. Sʒ si qs accipiat alterā pte ꝯrietati. s. ꝑua tionē. ꝓtendēs itellm̄ circa ipsam: imaginabiť ipsaʒ non ad ꝯstitutionē rei ptinere: ſʒ magināď qōdā malū rei: q₂ est penit⁹ nō ens eccū priuatio nihil aliud sit q̄ negatio for me in subo. ⁊ est extra totū ens: vt sic in ꝑuatiōe locū ha-beat rō Parmenidis. qcqd est ꝑter ens est nō ens. nō āt i mā: vt dicebāt plonici. Et ꝙ ꝑuatio ptineat ad malum: ħ ostēdit per hoc ꝙ for⁹ est qōdā diuinū ⁊ optimū appetibi-
le. Dinū qdē est ꝙ oīs forma est q̄dā pticipatio silitudi- Forma ē
nis diuini eē qḋ est act⁹ pur⁹. Unūqḋqʒ. n. intātū est actu qd diuinū
inq̄tū hʒ formā. Optimū aūt ē: q₂ act⁹ ē pfectio potētie: ⁊ optimū
⁊ bonū ei⁹. ⁊ p ꝯñs seqť ꝙ sit appetibile: q₂ vnūqḋqʒ suaʒ ⁊ appeti-
appetit pfectionē. Priuatio aūt opponiť forme: cū nō sit bile.
aliud q̄ remotio ei⁹. Uñ cū id qḋ opponiť bono ⁊ remo-uet ipm̄. sit malū: manifestū ē ꝙ ꝑuatio ptinet ad maluʒ. Uñ seqť ꝙ nō sit idē qḋ mā q̄ ē cā rei sicut mr̄. ℂ 2° ibi.

ℂ Alterū i suapte nā affectat atqʒ appetit ipm̄. Illis aūt euenit vt ꝯtrariū: interitū appetat suū: ⁊ tñ fieri neqt vt aut forma seipsam appetat: qppe cū nō indi-geat sui: aut ꝯtrariū: cū ꝯtraria mutuo seipsa corrū-pāt. Sʒ hoc est mā pinde appetens illud: atqʒ si femi na marē ⁊ turpe appetat pulchꝛū. Uerꝝ nō ē p se: sed p accidēs turpe nec p se femina sed per accidens.

¶ Aliud aũt natũ aptum appetere ⁊ desiderare ipm ſm ipſius nãm. Quibuſdã aũt accidit ꝯtrariũ appetẽ ſuiipſi⁹ corruptionẽ: ⁊ neqꝫ ſuiipſi⁹ poſſibile eſt appetere ſpẽꝫ ꝓp nõ eẽ idigẽs neqꝫ ꝯtrariũ. Corruptiua.n.ſũt adinicẽ ꝯtraria. Sed hec eſt materia: ſicut ſi femĩa maſculũ: ⁊ turpe bonũ: non qꝺ per ſe eſt turpe: ſed ſm accidens.

¶ Oñdit idẽ per rõnẽ ducẽtẽ ad ipoſſe h mõ. Cum forma ſit qꝺdã bonũ ⁊ appetibile: mã q̃ eſt aliud a priuatiõe ⁊ a forma eſt aptũ natũ appetere ⁊ deſiderare ipm ſꝫ ſuã naturã. Sꝫ gbuſdã q nõ diſtiguũt mãꝫ a priuatiõe accidit h icõueniẽs ꝙ ꝯtrariũ appetet corruptionẽ ſuiipſius: qꝺ ẽ icõueniẽs. Et ꝙ h accidat ſic oſtẽdit. qꝛ ſi mã appetit formã nõ appetit eã ſm ꝙ eſt ſub ipa forma: qꝛ iã nõ idiget eſſe per eã. appetit⁹ aũt oĩs eſt ꝓp idigẽtiã: qꝛ eſt nõ habiti. Silr ⁊ nõ appetit eã ſꝫ ꝙ eſt ſub ꝯtrio vel priuatiõe: qꝛ vnũ ꝯtrariũ eſt alteri⁹ corruptiuũ. ⁊ ſic aliqd appeteret ſui corruptionẽ. Manifeſtũ ẽ igiꝭ ꝙ mã q̃ appetit formã eſt aliud rõne: ſicẽ a forma: ita ⁊ a ꝑuatione. Si.n. mã appetit formã ſm ꝓpriã nãm: vt dctũ ẽ. ſi ponit ꝙ mã ⁊ priuatio ſint idẽ rõne: ſeqꝭ ꝙ priuatio appetit formã. ⁊ ita appetit ſuiipſi⁹ corruptionẽ. qꝺ eſt ipoſſe. Vñ ⁊ h ipoſſe eſt ꝙ mã ⁊ priuatio ſint idẽ rõne. Sꝫ tñ ⁊ mã eſt hoc. i. priuationẽ habens; ſicut ſi femina appetat maſculũ. ⁊ turpe appetat bonũ. Nõ ꝙ ipſa turpitudo appetat bonũ ſibi ꝯtrariũ: ſꝫ ſm accidẽs: qꝛ id cui accidit eẽ turpe appetit eẽ bonũ. Et ſilr femincitas nõ appetit maſculinũ: ſed id cui accidit eſſe feminã. Et ſilr priuatio nõ appetit eſſe formã: ſꝫ id cui accidit priuatio. ſ. materia. ¶ Sꝫ ꝯ hec v̄ba phĩ Auicẽ. tripli̾ opponit. Pͥo qdẽ qꝛ mãe nõ cõpetit neqꝫ appetitus aialis: vt ꝑ ſe manifeſtũ eſt: neqꝫ appetitus nãlis: vt appetat formaꝫ: cũ nõ habeat aliquã formã: vel virtutẽ inclinãtẽ ipſaꝫ ad aliqd. ſic. n. graue naturaliter appetit locũ iſimũ inq̃ꝫtũ ſua grauitate iclinaꝭ ad locũ talẽ. Scꝺo obijcit ex hoc. ꝙ ſi mã appetit formã. hoc eſt: qꝛ caret omni forma: aut qꝛ appetit multas formas hr̃e ſil̾: qꝺ eſt impoſſe: aut qꝛ faſtidit formã quã habet: ⁊ q̃rit hr̃e aliã. ⁊ h ẽt eſt vanuꝫ. Nullo igiꝭ mõ dõm videꝭ ꝙ materia appetat formam. Tertio obijcit per hoc: qꝛ dicere ꝙ materia appetat formã: ſicut femina maſculũ: eſt figurate loquẽtiũ. ſ. poetarũ: ⁊ nõ phoꝝ. ¶ Sꝫ huiꝰ obiectiões facile ẽ ſolu̾. Sciẽdũ eſt. n. ꝙ oẽ qꝺ appetit aliqd vel cognoſcit ipm: ⁊ ſe ordinat in illud. vel tẽdit in ipm ex ordinatiõe ⁊ directione alicuius cognoſcẽtis: ſicut ſagitta tẽdit in determinatum ſignũ ex directiõe ⁊ ordinatiõe ſagittãtis. Nihil eſt igitur aliud appetit⁹ naturalis q̃ꝫ ordinatio aliquoꝝ ſm ꝓpriã nãm in finẽ ſuũ. Nõ ſolũ aũt aliqd ens in actu ꝑ v̄tutem actiuã ordinaꝭ in ſuũ finẽ: ſꝫ etiã materia ſm ꝙ eſt in potẽtia. Nã forma ẽ finis materie. Nihil igiꝭ eſt aliud materiã appetere formã: q̃ꝫ eã ordinari ad formã. vt potẽtia ad actũ. Et qꝛ ſub q̃cũqꝫ forma ſit adhuc remanet in potentia ad aliam formã: ideo eſt ei ſemper appetitus forme: nõ ꝓpter faſtidiũ forme quã habet. nec ꝓp h ꝙ querat ꝯtria eẽ ſimul: ſꝫ qꝛ eſt in potẽtia ad alias formas duꝫ vnã habet in actu. Nec ẽt vtiꝭ hic figurata locutione: ſed exẽplari. Dictũ eſt. n. ſupra ꝙ mã ꝑma ſcibilis eſt ſꝫ ꝓportionẽ inquãtũ ſic ſe hẽt ad formas ſubales ſicut mãe ſenſibiles ad formas accidẽtales. Et ideo ad manifeſtãduꝫ mãꝫ ꝑmã opꝫ vti exẽplo ſẽſibiliũ ſubaꝝ. Sicut igiꝭ vſus eſt exẽplo eris ifigurati ⁊ hoĩs nõ muſici ad mãm: ita nũc ad eius manifeſtationẽ vtiꝭ exẽplo femie viꝫ appetẽtis: ⁊ triſtis appetẽtis bonũ. H. n. accidit ei inq̃ꝫtũ hʒ aliqd de rõne mãe. ¶ Sciẽdũ tñ eſt ꝙ Ar. hic loqꝭ ꝯtra Platonẽ q talib⁹ metaphoricis locutiõib⁹ vtebaꝭ: aſſimilãs materiam matri ⁊ feminẽ: ⁊ formaꝫ maſculo. Et iõ Ar. vtiꝭ ꝯtra eũ metaphoricis ab eo aſſumptis. ¶ Deide cũ dicit.

Opposi/tio Aui/ce. ꝯ Ar.

Solutio.

Appetit⁹ nãlis qd.

z^o ph^o. t.c. 8.

¶ At v̄o tũ corrũpiꝭ atqꝫ gigniꝭ: tũ neqꝫ fit neqꝫ corrũpiꝭ. Nã vt eſt qdẽ id i quo: per ſe corrũpiꝭ. Id eni qꝺ corrũpiꝭ i hoc eſt: ipſa inq̃ꝫ ꝑuatio. At ſuapte potẽtia: nõ per ſe. Sꝫ nec occidat nec oriaꝭ neceſſe eſt. Nã ſi gignitur: ſubijciaꝭ aliqd ꝑmũ opꝫ: ex quo hoc pacto naſceꝭ: vt inſit in ipa: hoc aũt eſt ipſi⁹ nã. Quare fit vt ſit antea q̃ꝫ ſit orta. Eteni mãꝫ id dico qꝺ ꝑmũ ẽ vniuſcuiuſqꝫ ſubiectũ e quo qppiã eo ſit pacto vt nõ ꝑ accñs iſit. Si corrũpiꝭ: ad hoc vltimũ ſane ꝓficiſcetur. Quare erit corrupta anteq̃ꝫ ſit corrupta.

¶ Corrũpiꝭ aũt ⁊ fit: eſt quidẽ vt ſic: eſt aũt vt nõ. Scꝺm qdẽ eni qꝺ eſt in quo: ſm ſe corrumpitur. Qꝺ enĩꝫ corrũpitur in hoc: eſt priuatio. Inq̃ꝫtũ aũt ſm potẽtiã: nõ per ſe: ſꝫ icorruptibilẽ ⁊ igenitã neceſſe eſt eẽ ipſaꝫ. Si. n. fiat: ſubijci aliqd opꝫ primũ ex quo fit. Hoc aũt ẽ hec nã. Quare erit añ fieri. Dico. n. mãm primũ ſubiectũ vniuſqꝫ ex quo fit aliqd cũ inſit nõ ſm accidens. Et ſi corrũpiꝭ in hoc abibit vltimũ. Quare corrupta erit anteq̃ꝫ corrũpatur. T.c.57.

¶ Oſtẽdit quomõ mã corrũpaꝭ: ⁊ dicit ꝙ quodãmõ corrũpiꝭ: ⁊ quodãmõ nõ: qꝛ ſm ꝙ eſt in ea ꝑuatio: ſic corrũpiꝭ cũ ceſſat in ea eſſe ꝑuatio: vt ſi diceremus es ifiguratũ corrũpi qñ deſinit eſſe ifiguratũ. Sꝫ ſm ſe inq̃ꝫtũ eſt qꝺdã ens in potẽtia: eſt igenita ⁊ incorruptibil. Qꝺ ſic pꝫ. Si. n. mã fiat opꝫ ei aliqd ſubijci ex quo fiat: vt pꝫ ex ſuperiorib⁹. Sed ꝑmũ qꝺ ſubijciꝭ in gñatiõe eſt mã. Hoc. n. dicim⁹ mãm ꝑmum ſubm ex quo aliqd fit per ſe: ⁊ nõ ſꝫ accñs: ⁊ ieſt rei iã facte. Et vtrũqꝫ eoꝝ poniꝭ ad dr̃iaꝫ priuatiõis ex q̃ fit aliqd ꝑ accñs: ⁊ nõ ieſt rei facte. Seqꝭ q̃ ꝙ mã ſit anteq̃ꝫ fiat: qꝺ eſt ipoſſe. Et ſilr oẽ qꝺ corrumpiꝭ reſoluiꝭ in mãm ꝑmã. Qñ igiꝭ iã eſt mã ꝑma: tũc eſt corruptũ. Et ſic ſi mã ꝑma corrũpaꝭ: erit corrupta ãteq̃ꝫ corrũpaꝭ: qꝺ eſt ipoſſibile. Sic igiꝭ eſt ipoſſibile mãm primã generari vel corrũpi. Sed ex hoc nõ excludiꝭ qn per creationẽ in eſſe ꝓcedat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De ꝑncipio v̄o formali: vtrũ vnum ſit an plura: ⁊ qꝺnã ſit: aut q̃ ſint: ꝑme phie diligẽter exqſiteqꝫ officiũ ẽ determinare ac ꝑtractare. Quare hec cõtẽplatio illo i tpe reſeruetꝭ. De nãlib⁹ v̄o formis q̃ oriuntꝭ ac occidũt: in hiſce q̃ poſteri⁹ oſtẽdeꝭ dicem⁹ ac pertractabim⁹. Hoc igiꝭ pacto ſint hec a nobis determiata: ꝑncipia inq̃ꝫ eẽ: ⁊ quẽquã: ⁊ quot nũero ſint. Rurſus aũt alio principio ſumpto dicamus.

¶ De principio aũt ſm ſpẽm vtrũ vnũ aut plura: aut quot: aut que ſint ꝑ certitudinem prime philoſophie op⁹ eſt determinare. Ergo in illud tẽpus apponaꝭ. De phyſicis aũt ⁊ corruptibilibus ſpẽb⁹ in poſterius demõſtrãdis dicem⁹. Qꝛ quidem igitur ſint principia: ⁊ que: ⁊ quot numero: determineꝭ a nobis ſic. Iteꝫ aũt aliud principium incipientes dicamus. T.c.58.

¶ Quia iam excluſerat errores circa materiã ⁊ priuationem reſtare videbaꝭ vt excluderet errores ⁊ dubitationẽ circa formã. Poſuerunt eni qdaꝫ formas ſeparatas. ſ. ideas q̃s reducebãt ad vnã ꝑmã ideã. Et ideo dicit ꝙ ds

pncipio formali verū sit vnū vel plura: z quot z que sint ptinet determinare ad phiam primā. z vsqz ad id tēpus reseruet: qz forma est principiū essendi. z ens inq̄tū huiꝰ est subm prime phie. Sz materia z priuatio sunt pncipia entis trāsmutabilis: qđ a pho nāli cōsideratur. Sz tn̄ de formis nālibus z corruptibilibus in sequētibꝰ huius doctrine determinabitur. Ultimo autez epilogat que dicta sunt: z dicit ꝙ sic determinatū est ꝙ pnª sunt: z q̄: z quot. Sed opꝫ iterū aliter pnᵐ facere sciētie nālis: inquirēdo. s. pncipia scientie. LECTIO PRIMA.

℄ Aristotelis stagyrite de physico auditu Secūdi libri textus.

Oꝝ que sunt quedā sūt nā: q̄dā ob alias cās. Nā quidē sunt aialia ptesqꝫ ipsoꝝ: z plāte: z simplicia corpa. Ut terra: ignis: aer: z aqua. Hec eni z huiuscemodi res nā dicimꝰ eē. Oia aūt que dicta sūt ab hisce que nō nā ꝯstāt differre videnē. Nā ea qdē q̄ nā constāt: pncipiū in seipsis vniuersa motus statusue. Partim eiꝰ qui loco accōmodaē: ptiꝫ accretiōis decretionisue: ptiꝫ alteratiōis hēre videnē. At lectica vestis z qcqd sit aliud similis generis: quo quidē huiuscemodi noībus appellanē: atqꝫ ab arte sūt. Hoc nullū principiū mutatiōis insitum hn̄t. Quo vō ipsis accidit: vt sint lapidea: vel terrea: vel ex his mixta eo motus quietisue principium habent.

Tertio scdi lib. phicoꝝ tex. t. c. p. Orū que sunt: alia qdez sunt natura alia vō pp alias cās. Nā quidē sunt aialia queqꝫ: z partes ipsoꝝ: z plante: z simplicia corpora: vt terra z ignis z aer z aqua. Hec enim z huiusmodi esse nā dicimus. Omnia aūt que predicta sunt videnē dr̄ia ad non natura existētia. Que qdem. n. natura sunt oia videntur habentia in se ipsis principiū motꝰ z status. hec qdem ƒm locum: illa vō ƒm augmentū z decremētū: q̄dam

T. c. 2. aūt ƒꝫ alteratione. ℄ Lectulus aūt z indumētū z si aliqđ huiusmodi genus est; ƒm ꝙ qdē sortitū est in predicatione vnaquaqꝫ: z inq̄ntuꝫ est ab arte: neqꝫ vnū hꝫ ipetū mutationis inatum. Scđm aūt qđ cōtingit ipsis lapideis aut terreis esse aut mixtis ex his: hn̄t hoc tm̄.

℄ Diui Thome Aquinatis in Scđm librum physicorum dilucidissima Expositio.

Ostq̄ Phs in pmo libꝰ determinauit de pncipiis reꝝ nāliū. hic determinat de pncipiis scie nālis. Ea aūt que p ops cognoscere in aliq̄ scia sunt subm ipsiꝰ: z mediū p qđ demōstrat. Uñ hic scđs liber in duas ptes diuidiē. In pª determinat de qbus sit ꝯsideratio scie nālis. In zª ex qbus causis demōstrat. ibi [Determinatis aūt his.] Pria diuidiē in duas. In pma ostēdit qd sit nā. In zª de qbus ꝯsiderat scia nālis ibi [Qm̄ aūt determinatuꝫ est.] Pria diuidiē in duas. In pª ostēdit qd sit nā. In zª quot modis dr̄. ibi [Uideē aūt nā.] Pria diuidiē in duas. In prima ostēdit qd sit nā. In zª excludit instātionē quorūdā tētātiū demōstrare ꝙ nā sit. ibi [Oꝫ aūt nā sit.] Circa pmū duo facit. Prio notificat nāꝫ. Scđo ea q̄ denoīanē a nā. ibi [Naturā aūt hn̄t.] Circa pᵐ tria facit. Prio inuestigat diffōnez nature. Scđo ꝯcludit eā. ibi [Est igiē nā.] Tertio exponit ipsaꝫ diffōnē ibi [Dico aūt nō ƒm. a.] Dicit ḡ p ꝙ inter oia entia q̄dā esse dicimꝰ a nā: q̄dā vō ab aliis causis. puta ab arte vel a casu. Dicimꝰ aūt esse a nā q̄libet aialia. z partes ipsoꝝ: sicē carnē z ossa: z etiā plātas: z corpa simplicia: sicut elīta q̄ nō resoluūē in aliq̄ corpa priora: vt sūt terra: ignis: aer z aq̄. Hec. n. z oia silia a nā eē dicunē. Et differūt hec oia ab his q̄ nō sūt a nā: qz oia huiꝰ videē hr̄e i se pnᵐ alicuiꝰ motꝰ z status. q̄dā qdē ƒꝫ locū: sicut grauia z leuia: z ēt corpora celestia. q̄dā vō ƒm augmētū z decrementū: vt aialia z plāte. q̄dā vō ƒm alterationē: vt corpa simplicia: z oia que cōponunē ex eis. Sed ea que nō sunt a nā. sicut lectus z idumētū z silia q̄ accipiūt huiꝰ pdicationē ƒꝫ ꝙ sunt ab arte: nullius mutationis pnᵐ hn̄t in seipsis nisi p accñs: inq̄tū. s. mā z suba corpoꝝ artificiatoꝝ sunt res naturales. Sic igiē inq̄tū artificialibus accidit eē ferrea vl lapidea: hn̄t aliqđ pnᵐ motus in seipsis: sed nō inquātum sunt artificiata. Cultellus. n. hꝫ in se pnᵐ motus deorsum nō inquantum est cultellus: sꝫ inquantum est ferreus.

℄ Sed videē hoc nō esse verū ꝙ ƒꝫ quālibet mutationez reꝝ naturaliū pnᵐ motus sit i eo qđ moueē. In alteratione eni z generatiōe simpliciū corpoꝝ totū pncipiū motꝰ videē eē ab extrinseco agēte. puta cū aq̄ calefit: vel aer in ignē ꝯuertiē pnᵐ mutationis est ab exteriori agēte. ℄ Dicūt ḡ qdā ꝙ etiā in huiꝰ mutationibꝰ pnᵐ actiuū motus est in eo qđ moueē: nō qdē perfectū: sꝫ impfectū qđ coadiuuat actionē exterioris agētis. Dicūt. n. ꝙ in mā est q̄dā icboatio forme quā dicūt eē puationē q̄ ē tertiū pnᵐ nāe. Et ab h pnº intrinseco gnātiones z alteratiōes corpoꝝ simpliciū nāles dicunē. ℄ Sz h nō pōt esse: qz cū nihil agat nisi ƒm ꝙ est in actu: pdicta icboatio forme cū nō sit actꝰ sed aptitudo q̄dā ad actū: nō pōt eē pnᵐ actiuū. Et pterea etiā si eēt forma cōpleta nō ageret in suū subm alterando ipm: qz forma nō agit sed cōpositū: qđ nō pōt seipꝫ alterare nisi sint in eo due ptes: quaꝝ vna sit alterās z alia alterata. ℄ Et iō dōm est ꝙ in rebꝰ nālibꝰ eo mō est pnᵐ motꝰ quo eis motus ꝯuenit. Quibꝰ ḡ ꝯuenit mouere: est in pnᵐ actiuū motꝰ. Quibꝰ aūt cōpetit moueri: est in eis pnᵐ passiuū qđ est mā. Quod qdē pnᵐ inq̄tū hꝫ potētiaꝫ naturalē ad talē formā z motū: facit esse motū nālē. Et pp ter hoc factiones reꝝ artificialiū nō sūt nāles: qz lꝫ pnᵐ māle sit in eo qđ fit: non tn̄ hēt potētiā nālē ad talem formā. Et sic ēt motus localis corpoꝝ celestium est nālis: lꝫ sit a motore sepato: inq̄tū in ipso corpore celi est potētia naturalis ad talē motū. In corporibꝰ vō grauibus z leuibus est pnᵐ formale sui motus. Sꝫ huiꝰ pnᵐ formale nō pōt dici potentia actiua ad quā ptinet motus iste: sꝫ comprehenditur sub potētia passiua. Grauitas enim in terra nō est pnᵐ vt moueat: sed magis vt moueaē: qz sicut alia accidētia ꝯsequūtur formā substātialē: ita z locꝰ: z per cōsequēs moueri ad locū. Nō tn̄ ita ꝙ forma nālis sit motor: sed motor est generās qđ dat talē formā: ad quam talis motus consequitur. ℄ Secundo ibi.

℄ Que cū ita sint: patet nāꝫ pncipiū eē quoddā z causaꝫ vt id moueaē atqꝫ qescat in quo pmo: per se: z nō p accidēs inest. Dico aūt nō per accidēs: qz sibiipsi quispiam medicus sanitatis cā fieri potest. Attamē nō quo sanaē eo medicinaꝫ hꝫ: sꝫ accidit vt idē sit medicus subiensqꝫ sanationē. Quapropter z separanē nōnunq̄. Similiter sese hꝫ z vnūquodqꝫ ceteroruꝫ: que per artē efficiuntur. Nihil enī ipsoꝝ effectionis in se principium habet. Sed quedam in aliis: atqꝫ

Dubium

Alber. ponēs icboationē.

Cōtra pos. de icboatiōe formaꝝ.

Solutio ppria et Comē.

T Cō. cē. l. z. 4. cōmēn. 22.

extrinsecus habẽt. Ut dom⁹ ⁊ vnũq̃dq̃ʒ eoꝝ que manu ꝯficiũtur. Quedam in seipsis quidẽ id habẽt: non tñ per se: q̃cunq̃ʒ cause per accidẽs sibi fieri possunt. Id igitur est natura quod dictum est.

T.c.3. ¶ Est igit̃ nã principiũ alicuius ⁊ cã mouendi ⁊ quiescẽdi i quo est primũ p se: ⁊ nõ ꝫ accñs. Dico aũt nõ ꝫm accidẽs: cũ fiat vtiq̃ʒ ipse sibi aliquis cã sanitatis: cũ sit medicus. Sʒ tñ nõ ꝫ ꝙ sanat̃ medicinã hʒ: sed accidit eundẽ medicũ eẽ ⁊ sanari. Uñ ⁊ diuidũt̃ aliqñ abinuicẽ. Similr autẽ ⁊ alioꝝ vnũq̃dq̃ʒ que fiũt. Nullũ eniʒ ipsoꝝ habet in seipso factionis principiũ: sed alia q̃dẽ in alijs ⁊ ab exteriori: vt domus ⁊ alioꝝ manu icisoꝝ vnũq̃dq̃ʒ: Alia aũt in seipsis q̃dẽ: sed nõ ꝫm seipsa. Quecũq̃ʒ aũt ꝫm accidẽs fiũt cause sunt vtiq̃ʒ ipsis. Est igit̃ natura q̃d dictũ est.

¶ Concludit ex p̃missis diffõnem nature hoc mõ. Natura lia differũt a nõ naturalibus iquantũ habẽt nãm: sed nõ differunt a nõ naturalib⁹: nisi iquantũ habent principiuʒ

Nã.qd. motus in seipsis. Ergo natura nihil aliud est q̃ principiũ motus ⁊ quietis in eo in quo est primo ⁊ per se ⁊ nõ ꝫ accidẽs. Ponitur aũt in diffõne nature principiũ quasi genus: ⁊ nõ aliq̃d absolutũ: q̃ nomẽ nature importat habitudinẽ principij. Quia eni nasci dicũtur ea que generantur ꝯiuncta generãti: vt pʒ in plãtis ⁊ aĩalibus. ideo principiũ generatiõis vel mot⁹ natura nominat̃. Unde deridendi sunt qui volẽtes diffõnem Ar. corrigere: naturam per aliquod absolutuʒ diffinire conati sunt: dicẽtes ꝙ natura est vis isita rebus: vel aliq̃d hõ. Dicit̃ aũt [principiũ ⁊ causa] ad designandũ ꝙ non omniũ motuuʒ natura est eodẽ mõ principiũ in eo q̃d mouet̃: sʒ diuersimode. vt dictũ est. Dicit aũt [mouendi ⁊ quiescẽdi] q̃ ea que naturaliter mouentur ad locũ. similr vel magis nãliter in loco quiescũt. Propter h̃ eni ignis naturalr mouetur sursum: q̃ naturalr ibi est: ⁊ ꝓpter q̃d vnũquodq̃ʒ ⁊ illud magis. Nõ tñ itelligẽdũ est ꝙ in quolibet quod mouet̃ naturaliter: nã sit etiã principiũ quiescẽdi: q̃ corpus celeste naturaliter quidẽ mouet̃: sed nõ nãliter quiescat. Sed hoc pro tãto dr̃: q̃ nõ solũ motus: sed etiã quietis principium est. Dicit autẽ [in quo est] ad drãʒ artificialiũ in quibus nõ est mot⁹ nisi per accidẽs. Addit aũt [primũ] q̃ nã ⁊ si sit principiũ motus compositoꝝ: nõ tamen primo. Unde ꝙ animal mouet̃ deorsum: nõ est ex natura aĩalis inquãtuʒ est aĩal: sed ex natura dominãtis elementi. Quare aũt dicat [p se ⁊ nõ ꝫm accñs] exponit ꝯsequenter cũ dicit. [Dico autẽ nõ ꝫm accñs.] Cõtingit eniʒ aliqñ ꝙ aliq̃s medicus est sibiipsi cã sanitatis. ⁊ sic principiuʒ sue sanationis est in eo: sed per accñs. Unde principiuʒ sanationis in eo nõ est nã: nõ. n. ꝫm ꝙ sanat̃ hʒ medicinã: sʒ ꝫm ꝙ est medicus. Accidit aũt eundẽ esse medicũ ⁊ sanari. sanat̃ eniʒ ꝫ ꝙ est ifirmus. Et iõ q̃ per accñs coniungunt̃: aliquãdo per accñs diuidũtur. Cõtingit. n. aliũ esse medicum sanantẽ: ⁊ aliũ ĩfirmũ qui sanat̃. Sed principiũ motus naturalis est in corpore naturali quod mouet̃: inquãtũ mouet̃. Inquãtũ. n. ignis hʒ leuitatẽ: fert̃ sursũ. Nec diuidũtur adinuicem: vt aliud sit corpus q̃d mouetur sursum: ⁊ aliud leue: sed semp vnuʒ ⁊ idẽ. Et sicuti est de medico sanante: ita est de oĩbus artificialibus. Nulluʒ eni eoꝝ habet in seipso sue factionis p̃ncipiũ: sʒ q̃dã fiunt ab extrinseco: vt dom⁹: ⁊ alia que manu icidunt̃. Quedã aũt fiũt a p̃ncipio itrinseco: sed per accñs: vt dctũ est. Et sic dctũ est quid sit natura. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Naturam autem habent quecunq̃ʒ tale principiuʒ habent: atq̃ʒ hec omnia subiecta sunt. Subiectũ eni quoddam: ⁊ in subiecto est semper natura.

¶ Naturã aũt habent quecunq̃ʒ huiusmodi hñt principiuʒ: ⁊ sunt hec omnia subiecta. Sʒbm eni quoddã ⁊ in subiecto est natura semper. T.c.4.

¶ Diffinit ea q̃ a nã denominant̃. ⁊ dicit ꝙ habẽtia nãm sũt illa q̃ habẽt in seipsis p̃n^m sui mot⁹. Et talia sũt oĩa subiecta nature: q̃ nã est subm ꝫ ꝙ nã dicit̃ mã: ⁊ est in subiecto ꝫm ꝙ nã dicit̃ forma. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secũdum v̓o naturam sunt: ⁊ hec ipsa: ⁊ etiam ea que hisce per se cõpetunt. Ut igni fieri sursum. Hoc enim natura quidẽ nõ est: neq̃ʒ hʒ nãm: sʒ competit ⁊ est natura atq̃ʒ ꝫm nãm. Dictuʒ est igitur quid est natura: ⁊ quid id quod natura: atq̃ʒ ꝫm naturam est.

¶ Scđʒ nãm aũt sũt ⁊ hec q̃cũq̃ʒ his isunt ꝫ se: T.c.5. vt igni ferri sursuʒ. Hoc eni nã q̃dẽ nõ est: neq̃ʒ hʒ nãm: ꝫ a nã ⁊ ꝫm nãm est. Quid quidẽ igit̃ T.c.6. natura sit: dictũ ẽ: ⁊ q̃d natura: ⁊ q̃d ꝫm nãm.

¶ Exponit quid sit ꝫm naturam. Et dicit ꝙ ꝫm naturam esse dicuntur taʒ subiecta: quorum esse est a natura: q̃ȝ ẽt accidentia que in eis insunt causata ab hui⁹ p̃ncipio: sicut ferri sursũ nõ est ipsa nã: neq̃ʒ hñs nãʒ: sʒ est causatũ a nã. Et sic dctũ est quid sit natura: ⁊ quid sit illud q̃d habet naturam: ⁊ quid sit ꝫm naturaʒ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eniti aũt nãm esse ostẽdere: ridiculũ est. Patet eni tales eẽ rerũ cõplures. Ostẽdere v̓o ea que manifesta sunt per ea que nõ sunt manifesta: hoĩs est ꝓfecto q̃ nequit id q̃d est per se notũ: ⁊ id q̃d nõ est per se notũ discernere. Atq̃ʒ id fieri posse nõ est obscurũ. Rõcinabitur enim de coloribus quispiam ortus cecus. Quare necesse est tales homines de nominibus loqui: nihil autem intelligere.

¶ Quod aũt est nã tẽtare demõstrare ridiculuʒ est. Manifestũ. n. est ꝙ huiusmodi reꝝ sũt multa. Demonstrare aũt manifesta per imanifesta: nõ potẽtis iudicare est ꝓpter ipm: ⁊ non ꝓpter ipm cognitũ. Qz aũt cõtingat hoc pati: nõ imanifestũ est. Syllogizet. n. aliq̃s cuʒ natus sit cecus de coloribus. Quare necesse est huiusmodi de noĩbus habere rõnem: nihil autem intelligere. Manifesta quãuis ad sensus nõ q̃runt ad q̃d est.

¶ Excludit p̃sumptionẽ quorũdam volentium demõstrare q̃d sit natura: ⁊ dicit ꝙ ridiculũ est ꝙ aliquis tẽtet demonstrare ꝙ natura sit: cum manifestũ sit ꝫm sensum ꝙ multa sunt a natura que habẽt principiũ sui motus in se. Uelle autẽ demõstrare manifestũ per nõ manifestuʒ: est hoĩs qui non põt iudicare quid est notũ ꝓpter se: ⁊ quid nõ est notũ ꝓpter se: q̃ dum vult demõstrare id q̃d ẽ notũ ꝓpter se vtit̃ eo q̃si nõ ꝑ se noto. Et ꝙ id ꝯtigat aliq̃bus: manifestum est. Aliq̃s. n. cecus natus aliqñ syllogizat de colorib⁹: cui tñ nõ est ꝑ se notuʒ id q̃d vtit̃ vt p̃ncipio: quia nõ habet itellectũ rei. Sed vtitur solũ noĩbus: eo ꝙ cognitio nostra ortũ hẽt a sensu: ⁊ cui deficit vnus sensus deficit vna sciã. Unde ceci nati q̃ nũq̃ȝ senserũt colorẽ nõ pñt aliquid de colorib⁹ intelligere: ⁊ sic vtunt̃ non notis q̃si notis. Et ecõuerso accidit his qui volunt demõstrare naturã esse: q̃ vtũtur notis vt nõ notis. Naturã aũt esse ẽ per se notũ: inq̃ʒtũ nãlia sunt manifesta sensui. Sʒ quid sit vniuscuiusq̃ʒ rei nã: vel q̃d principiũ mot⁹ i hoc nõ est

Auicen. manifestū. ¶ Unde pʒ p hoc: ꝙ irrōnabilr Auicē. conat⁹
est iprobare Arist. dcm̄. volēs ꝙ nāʒ eē possit demonstra-
ri: ſʒ nō a naturali: qꝛ nulla ſcīa pbat ſua pncipia. Sʒ igno
rantia principioꝝ mouentiū nō īpedit qn naturā eſſe ſit
per ſe notū: vt dcm̄ eſt. LEC. II.

¶ Natura aūt ſubſtātiaqʒ eoꝝ que ſūt nā id qbuſdaʒ
eē videt̄ qd̄ primū cuilibet ineſt: informe p ſe. Ueluti
ti lectice quidē nā: ſtatue aūt es. Cui⁹ hoc ſignū Anti
phō eē dicebat. Nā ſi qſpiā lecticā obruerit humo:
vimqʒ putredo acceperit vt germē emittat: nō lecti-
ca ſed lignū ide emerget atqʒ pullulabit. Propterea
qʒ diſpoſitio qdē que lege atqʒ arte ꝯficit̄: p accñs
eſt. Subſtātia vō eſt illa que ꝯ ꝯtinue diſpoſitiones
haſce ſuſcipiēs permanet. Qd̄ ſi cuilibet etiā iſtorū
ad aliud qppiā hoc idē accidit: vt eri quideʒ auroqʒ
ad aquā: oſſibus aūt atqʒ lignis ad terraʒ: ceteriſqʒ
ſimiliter: pʒ illa nām ipſoꝝ atqʒ ſubam eſſe. Quapp
qdā terraʒ: qdā aquaʒ: qdaʒ hoꝝ aliq̄: qdaʒ hec oīa
eoꝝ que ſūt nām eē dixerūt. Qd̄ enī qſqʒ tale eē pu-
tauit ſiue vnū ſiue plura: id totqʒ vniuerſaʒ ſubſtan-
tiā eē dicit. Cetera vō cūcta affectus hoꝝ habitus ac
diſpoſitiōes. Et hoꝝ qdē qduis perpetuū eē. Nō. n.
ex ſeſe mutationem ipſis competere: cetera aūt infi-
nities fieri atqʒ corrūpi. Uno igit̄ mō natura ſic dici
tur. prima cuiqʒ ſubiecta materies: eoꝝ ūʒ que motus
in ſe mutationiſqʒ principium habent.

T. c. 7. Videt̄ aūt nā ꝯ ſuba eoꝝ que nā ſūt: qd̄
primū ineſt vnicuiqʒ non formatū per
ſeipm̄: vt lectuli nā lignū: ſtatue aūt es.
Antiphō Signū aūt dicit Antiphon: qm̄ ſi ali-
quis pieceꝛit lectū deorſuʒ: ꝯ accipiat potētiam
putreſcēs vt vtiqʒ fit germē; nō vtiqʒ fieri lectū:
ſʒ lignū: tanq̄ dicat ꝙ ſm accidens eſſe diſpō-
nem ſm legē ꝯ artē: ſubſtātiā aūt illa que pma
T. c. 8. net: h̄ patiēs cōtinue. ¶ Si aūt ꝯ hoꝝ vnūqdqʒ
ad alterū aliqd̄ idē hoc ſuſtinuit: vt es quidē ꝯ
aurū ad aquā; oſſa aūt ꝯ ligna ad terrā. Silr aūt
ꝯ alioꝝ qdlibet: illā naturaʒ eſſe ꝯ ſubſtantiam
T. c. 9. ipſoꝝ. ¶ Uñ ſane hi qdē terrā: alij vō ignē: alij
aerē dicūt: qdā aūt aquā: qdā vō qdaʒ hoꝝ: ſed
alij oīa hec nāʒ eſſe eoꝝ que ſūt. Quot enī aliqs
acceperit ipſoꝝ huiuſmodi: ſiue vnū ſiue multa
hoc ꝯ tāta dicit eē oēm ſubſtātiam: alia aūt oīa
T. c. 10. paſſiōes iſtoꝝ: ꝯ habit⁹ ꝯ diſpōnes. ¶ Et hoꝝ
qdē qdlibet eē ppetuū. Nō. n. eē mutationē ipi⁹
ex ſeipſis. Alia āt fieri ꝯ corrūpi ifinities. Uno
qdē mō nā ſic dr̄ prima vnicuiqʒ ſubiecta mā ha
bētiū in ſeipſis motus principiū ꝯ mutationis.

Postq̄ Phs oſtēdit qd eſt nā: hic oſtēdit quot mo-
dis nā dr̄. Et p oñdit ꝙ nā dr̄ de mā. Scdo
ꝙ dr̄ de forma ibi [Alio aūt mō.] Circa pm̄ ſciēdum eſt ꝙ
antiq phi nāles nō valētes vſqʒ ad pmā māʒ puenire: vt
p⁹ h⁹. lec. ſupra dcm̄ eſt aliqd corp⁹ ſēſibile pmā mām oīuʒ reꝝ po-
1. c. c. 6. & nebāt: vt ignē vel aerē vel aquaʒ. Et ſic ſeqbat̄ ꝙ oēs for-
7. me aduenirēt mē tanq̄ in actu exiſtēti vt ꝯtigit in artifi-
cialib⁹. Nā forma cultelli aduenit ferro iā exiſtēti ī actu.
Et iō ſimilē opiōnē accipiebāt de formis nālib⁹ ſicut de

artificialib⁹. Dicit ḡ p ꝙ qbuſdā videt̄ ꝙ h̄ ſit ſuba ꝯ nā
reꝝ nāliū qd̄ p ineſt vnicuiqʒ qd̄ ſʒ ſe ꝯſideratū eſt īfor-
me. Ut ſi dicam⁹ ꝙ nā lecti eſt lignū: ꝯ nā ſtatue ē es. Nā
lignū eſt in lecto: ꝯ ſm ſe ꝯſideratū nō eſt formatū. Et hd̄
ſignū dicebat Antiphō eē hoc: ꝙ ſi aliqs pciat lectū ad
terrā: ꝯ ligna putreſcēdo accipiāt potentiā: vt aliqd ex eis
germinet̄: illud qd̄ generat̄ nō erit lectus: ſʒ lignū. Et qꝛ
ſuba ē q̄ pmanet: ꝯ nāe eſt ſibi ſile generare. ꝯcludebat ꝙ
oīs diſpoſitio q̄ eſt ſʒ quācūqʒ legē rōnis vel artē: ſit acci
dēs: ꝯ illud qd̄ pmanet ſit ſuba: q̄ ꝯtinue patit̄ hd̄ diſpoſi-
tionū imutatiōnē. Suppoſito ḡ ꝙ reꝝ artificialiū forme
ſint accñtia: ꝯ mā ſit ſuba: aſſumebant aliā ppoſitionem;
ꝙ ſicut ſe hñt lect⁹ ꝯ ſtatua ad es ꝯ lignū: ita ꝯ qdlibet ho-
rum ſe hʒ ad aliquid aliud qd̄ eſt mā ipſoꝝ: vt es ꝯ auruʒ
ad aquā: qꝛ oīum liquefactibiliū mā videt̄ eſſe aq̄: ꝯ oſſa
ꝯ ligna ad terrā: ꝯ ſilr eſt de quolibet alioꝝ nāliuʒ. Unde
ꝯcludebat ꝙ illa materialia ſubſiſtentia formis nālibus
ſint nā ꝯ ſuba eoꝝ. Et pp h̄ qdā dixerūt terrā eſſe nām ꝯ Oppoſi-
ſubam oīum reꝝ. ſ. pmi poete theologiꝫātes. Poſteriores ti vt. ā. in
vō phi vel ignē vel aerē vel aquā: vel quedā hoꝝ: vel oīa primo ſu-
hec vt ex ſupioribus pʒ: qꝛ tot de numero eoꝝ dicebāt eē pe. t. c. 6.
ſubaʒ oīuʒ reꝝ quot accipiebāt eē pn⁹ mālia: ꝯ oīa alia di-
cebāt eē accidētia hoꝝ. ſ. māliū pncipioꝝ: vel per modū
paſſionis: vel p modū habitus: vel p modū diſpōnis: vel
cuiuſlibet alteri⁹ qd̄ reducat̄ ad genus accñtis. Et hec eſt
vna drīa quā pōebāt īter pn⁹ mālia ꝯ formalia: qꝛ dicebāt
ea differre ſm ſubaʒ ꝯ accñs. Alia aūt drīa eſt: qꝛ dicebāt
differre ſm ppetuū ꝯ corruptibile. Naʒ qdcūqʒ pmiſſoꝝ
corpoꝝ ſimpliciū ponebāt eē māle pn⁹: dicebāt illud eē
ppetuū. Nō enī dicebāt ꝙ trāſmutaret̄ iuicē: ſed omnia
alia dicebāt fieri ꝯ corrūpi ifinities. Utputa ſi aq̄ ſit pn⁹
māle: dicebāt aquā nunq̄ corrūpi: ſed manere eam in oī-
bus: ſicut ſubaʒ eoꝝ. Sʒ es ꝯ auꝝ ꝯ alia hd̄ dicebāt corrū- Qr hu-
pi ꝯ generari ifinities. Hec āt poſitio q̄tū ad aliqd vera ius ꝯ ſi-
eſt: ꝯ quātum ad aliqd falſa. Quātum. n. ad hoc ꝙ mā ſit militer ꝯ
ſuba ꝯ natura reꝝ naturaliū. vera eſt. Mā. n. itrat ꝯſtitu-
tionē ſube cuiuſlibet rei nālis. Sed q̄tum ad hoc ꝙ dice
bant oēs formas eē accñtia: falſa eſt. ¶ Unde ex hac opi ꝯcluſio.
Tex. 5. t. c. 31. scd̄o de prima subst
cōsequēter ēt totū dr̄ eē in ptib⁹. Sic aūt forma icludit
sub potētia passiua māe: ita effect⁹ icludit sub potētia acti
ua agētis: vn̄ ꞇ dr̄ aliqd eē in p̄ motiuo. Deīde aūt mani-
6° festū ē ꝙ appetit⁹ qescit in bono desiderato ꞇ amato: ꞇ in
7° eo figit sicut ꞇ locatū in loco. vnde etiaꝫ dicitur affectus
amātis inesse amato. Et sic patet ꝙ omnes alij modi deri
uantur ab vltimo qui est maxime proprius. [Scd̄o ibi.

At enim hic quispiam dubitauerit: sit ne vt ꞇ in se-
ipso quippiaꝫ sit: an nihil est in se prorsus: sed omne
quoduis: aut nusq̄: aut in alio est.

T. c. 24. Dubitabit āt aliqs: vtꝝ vnū ꞇ idē aliqd eē i se
ipo ꝯtigit aut nihil: sꝫ oia: aut nusq̄: aut i alio eē.

3. lec. 6. t. c. 30. Ingrit vtrū aliqd possit eē in seipso. Nā Anax. supra dī
xit infinitū eē in seipso. Primo ergo mouet dubitationeꝫ
vtrū. s. aliqd vnuꝫ ꞇ idē possit eē in seipso: vel nihil: sꝫ oia:
vel nusq̄ sint: vel sint in aliquo alio. [Scd̄o ibi.

Hoc aūt est dupl̄r: aut per se: aut per aliud. Nā cū
id in quo est: ꞇ id qd in illo est: toti⁹ sūt ptes: tūc totū
in seipso eē dicit. Quippe cū ꞇ per ptes dicat. Vt al
bus: q2 supficies ē alba: ꞇ sciēs: q2 aīa rōnis pticeps
scit. Doliū igitur nō est in seipso: neqꝫ etiam vinum.
vini vō dolium erit. Ambo nāqꝫ id inq̄ qd inest: ꞇ
id in quo est: eiusdem sunt partes. Hoc igitur pacto
sit vt quippiam in seipso sit.

Dupl̄r aūt h̄ ē: aut fm se: aut fm alterꝝ. Cū. n.
sint qdā ptes toti⁹: ꞇ h̄ i illa: ꞇ illa i h̄: dicet totū
in seipo eē. Dicit aūt ꞇ fm ptes: vt albū: q2 sup-
ficies: ꞇ sciēs: q2 rōcinatiuū. Amphora qdē igi
tur nō erit i seipsa: neqꝫ vinū: vini aūt amphora
erit. Qd nāqꝫ est: ꞇ i quo est: vtraqꝫ eiusdē ptes T. c. 25.
sūt. Sic qdē igit ꝯtingit idē aliqd esse in seipso.

Soluit ꞇ primo ostendit q̄mo possit esse aliqd in seipso.
Secūdo q̄mo nō possit. ibi[Primū aūt nō ꝯuenit.]Dicit
ergo p̄ ꝙ dupl̄r pōt itelligi aliqd eē in seipo. Vno mō p̄ ꞇ
per se: alio mō fm alterū. i. fm ptē. ꞇ isto scd̄o mō pōt di-
ci aliqd eē i seipo. Cū. n. alicui⁹ toti⁹ due ptes ita se hēant
ꝙ vna sit in quo ē aliqd: ꞇ alia sit qd ē in illa: seqt ꝙ totū
dicat ꞇ in quo ē: rōne vni⁹ ptis: ꞇ qd est in h̄: rōne alteri⁹:
ꞇ sic totū dicet eē in seipso. Inuenim⁹. n. ꝙ aliqd dr̄ de ali
quo fm ptē: sic aliqs dr̄ alb⁹ q2 supficies ei⁹ ē alba: ꞇ hō dr̄
sciēs: q2 scia ē i pte rōcinatiua. Si igit accipiat amphora
plena vino: sic qdā totū. cuius ptes sūt amphora ꞇ vinū.
neutra ptiū ei⁹ erit i seipa. i. neqꝫ anphora neqꝫ vinū. sꝫ h̄
totū. s. amphora vini erit i seipsa. iquātū vtrūqꝫ ē ps ei⁹. s.
ꞇ vinū qd est in amphora. ꞇ amphora in qua ē vinū. Per
hūc igit modū ꝯtingit aliqd idē eē in seipo. [Scd̄o ibi.

Sed vt p̄mo: fieri negt. Velut albedo est in corpe.
Nā supficies est in corpe: scia vō in aīa. Et per hec
que sūt vt in hoīe ptes: appellatiōes he nō icōgrue
fiūt. Doliū aūt atqꝫ vinū cū sunt qdē seorsuꝫ nō sunt
partes: sed cū sunt sil. Quocirca cū sint ptes erit ipꝫ
in seipso: ceu albedo est in homine: q2 in corpore est:
ꞇ in hoc q2 in superficie. In hac aūt: non per aliud.
Atqꝫ hec diuersa sunt specie: ꞇ aliā vtraqꝫ naturam
ꞇ potentiam habent: supficies inq̄ atqꝫ albedo.

Primū aūt nō cōtingit: vt albū in corpe: sup-
ficies. n. in corpe: sciētia autē in aīa. Scd̄m hec
aūt sūt appellatiōes: cū sic ptes sint in hoīe. Am-
phora aūt ꞇ vinū cū seorsum sint: nō ptes sunt.
Simul aūt cū sint ptes: erit idē in seipo: vt albū
in hoīe: q̄m in corpe: ꞇ in hoc q̄m i supficie. In
hoc aūt: non amplius q̄m fm aliud est. Et alte-
ra specie hec sunt: ꞇ alteraꝫ naturā hꝫ vnūqdqꝫ
ꞇ potentiam: vt superficies ꞇ album.

Ondit ꝙ nō ꝯtingit aliqd eē p̄ in seipso. Et p̄ ꝓponit qd
intēdit. distiguēs vtrūqꝫ modū quo aliqd ē i seipso. ꞇ quo
nō ē. Scd̄o ꝓbat ꝓpositū ibi[Neqꝫ. n. iductiue ꝯsiderāti
bus.]Dic ḡ ꝙ nō ꝯtigit aliqd eē p̄ in seipso. Et maifestat
Esse primo in aliquo: qd
qd sit aliqd eē p̄ in seipso p oppositū. Albū. n. dr̄ eē i corpe:
q2 supficies ē in corpe. vn̄ nō ē p̄ in corpe. sꝫ in supficie. Et
silr scia p̄ dr̄ eē in aīa. nō aūt in hoīe in quo ē p aīaꝫ. Et fꝫ
hec. s. fꝫ aīaꝫ ꞇ supficiē sūt appellatiōes qb⁹ noiat hō alb⁹
vel sciēs: cū aīa ꞇ supficies sint sic ptes in hoīe. nō ꝙ sup-
ficies sit ps: sꝫ q2 se hꝫ ad modū ptis. iquātū ē aliqd hoīs.
vt termin⁹ corpis. Si aūt accipiat vinū ꞇ amphora seor-
sum abiuicē: nō sunt ptes. vn̄ neutri cōpetit eē in seipso.
Sed cū simul sunt: vtpote cū amphora est plena vino: ꝓp
hoc ꝙ ꞇ amphora ꞇ vinū sunt partes. idē erit in seipso vt
expositū est: nō primo. sed per partes. Sicut albū nō pri-
mo est in hoīe. sꝫ per corpus. ꞇ in corpore per supficiē. In
supficie aūt nō est per aliqd aliud: vn̄ p̄mo dr̄ eē in super-
ficie. Nec est idē id in quo est aliqd p̄mo. ꞇ qd ē in eo: sicut
albū ꞇ supficies: q2 altera sunt fm spēm supficies ꞇ albū:

et alia est natura et potentia vtriusque. ¶ Secundo ibi.

¶ Neque igitur inductiue consi derantes in seipso quicquam vllo dictorum mod orum esse videmus.

T.c.26. ¶ Neque igitur inductiue considerantibus nihil in seipso videmus secundum nullum determinatorum modorum.

Nihil potest esse in seipso primo: siue per se siue per accidens. ¶ Ostensa differentia inter hoc quod est esse primo in aliquo: et non primo: ostendit iam quod nihil est primo in seipso. Et primo ostendit quod non sit aliquid primo in seipso per se. Secundo quod non sit aliquid primo in seipso per accidens. ibi [At vero neque secundum accidens etc.] Primum ostendit dupliciter. scilicet inductiue et ratione. Dicit ergo primo quod considerando per inductionem in singulis modis supra determinatis quibus dicitur aliquid esse in aliquo: apparet quod nihil est in seipso primo et per se. Neque enim aliquid est totum sui ipsius: neque pars: neque genus. et sic de aliis. Potest autem hoc concludere ex premissis. quia sicut manifestum est in albo et in superficie. que se habent vt forma et materia. quod sunt aliud secundum speciem et virtutem. ita etiam potest in omnibus aliis modis considerari. ¶ Secundo ibi.

¶ Et ratione etiam hoc non posse fieri patet. Oportebit enim ambo esse vtrunque: ceu dolium quidem et vas et vinum: vinum autem: et vas et dolium: si fit vt quippiam sit in seipso. Quare si quam maxime in sese sint: dolium quidem vinum suscipiet: non vt est ipsum dolium vinum: sed vt illud. Atque patet rationem esse diuersam. Alia enim est eius ratio in quo est: alia eius quod est in illo.

¶ Et ratione manifestum est: quia impossibile est. Oportet enim vtraque vtrunque esse: vt amphoram vas et vinum esse: vinum autem vinum et amphoram: si vere primum contingit: et ipsum in seipso esse. Quare si quidem maxime in alterutris essent: amphora quidem acciperet vinum: non secundum quod vinum: sed inquantum illa. Et vinum inerit in amphora: non inquantum amphora ipsa: sed secundum quod illud amphora. Secundum esse quidem igitur quod alterum sit: manifestum est. Alia namque est ratio eius quod in quo: et alia illius quod in hoc.

¶ Probat idem ratione. et dicit manifestum esse per rationem quod impossibile est aliquid esse primo et per se in seipso. Si enim aliquid primo et per se sit in seipso: oportet quod eidem et secundum idem conueniat ratio eiusdem in quo est aliquid. et ratio eius quod est in eo. vnde oportet quod vtrunque. scilicet tam continens quam contentum sit vtrunque: vtputa quod amphora sit vas et vinum. et vinum sit vinum et amphora: si primo et per se conuenit aliquid esse in seipso. Unde hoc posito. scilicet quod vinum sit amphora et vinum. et amphora sit vinum et amphora: siquis dicat quod alterum eorum sit in altero: vtputa vinum in amphora sequitur quod vinum recipiatur in amphora: non inquantum vinum est: sed inquantum vinum est illa. scilicet amphora. Quare si esset in amphora primo et per se conueniret amphore: ex eo quod ponitur aliquod primo et per se in seipso esse: sequitur quod nihil possit dici esse in amphora: nisi inquantum ipsius est amphora. Et sic si vinum dicatur esse in amphora: sequitur quod esse in amphora competit vino. non secundum quod vinum est vinum. sed secundum quod vinum est amphora. Et eadem ratione si amphora recipiat vinum: recipiet ipsum non inquantum amphora est amphora: sed inquantum amphora est vinum. Hoc autem est inconueniens. vnde manifestum est quod secundum alteram rationem est id in quo: et quod in hoc. Alia est enim ratio eius quod est in aliquo: et eius in quo est aliquid. Non potest ergo per se et primo aliquid esse in seipso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vero neque per accidens fieri potest. Nam duo simul in eodem erunt. Etenim et ipsum dolium in seipso erit si cuius natura est susceptiua id esse in seipso potest: et insuper illud cuius est susceptiuum: ceu vinum si vini. Fieri igitur non posse: vt in seipso quicquam sit primo: ex his que diximus patet.

T.c.27. ¶ At vero neque secundum accidens contingit. Simul enim duo corpora in eodem erunt. Ipsaque amphora in seipsa erit: si cuius natura receptiua est: hoc contingit in seipso esse: et adhuc illud cuius receptiuum est: vt si vini vinum. ¶ Quod quidem igitur impossibile sit aliquid in seipso esse primo: manifestum est. T.c.28.

¶ Ostendit quod non sit aliquid primo in seipso etiam secundum accidens. Dicitur enim aliquid esse in aliquo secundum accidens: quando est in eo propter aliquid aliud in eo existens: vt si dicamus hominem esse in mari. quia est in naui que est in mari. Et hoc tamen primo dicitur. id est non propter partem. Si igitur contingat aliquid esse in seipso primo: non per se quidem: sed per accidens: sequitur quod sit in seipso propter hoc quod aliquid aliud sit in ipso: et sic sequitur quod duo corpora sint in eodem. scilicet illud corpus quod est in eo: et ipsummet quod est in seipso. Sic enim amphora erit in seipsa per accidens: si ipsa amphora cuius natura est vt recipiat aliquid: sit in seipsa: et iterum illud cuius est receptiuum. scilicet vinum. ergo in amphora erit amphora et vinum: si propter hoc quod vinum est in amphora sequitur amphoram esse in seipsa: et sic duo corpora essent in eodem. Sic igitur patet quod impossibile est aliquid esse primo in seipso. ¶ Sciendum tamen quod aliquando dicitur aliquid esse in seipso non secundum intellectum affirmatiuum: sicut hic reprobat philosophus. sed secundum intellectum negatiuum: prout esse in seipso non significat nisi non esse in alio. ¶ Deinde cum dicit. Notabile aurcui renouens mitras canillandum ac fundamentum quorum.

¶ Id vero quod zeno dubitabat si locus sit in ratione rerum in quonam erit: solui facili potest. Nihil enim prohibet: vt primus locus in alio quidem sit: non tamen in illo tanquam in loco. Sed vt est sanitas quidem in calidis: sicut habitus: caliditas autem in corpore. vt affectus. Quare non necesse est in infinitum abire.

¶ Quod autem zeno opposuit: quia si locus est aliquid in aliquo erit: soluere non est difficile. Nihil enim prohibet in alio esse primo locum: non tamen in illo sicut in loco: sed sicut sanitas quidem in calidis vt habitus: calor autem in corpore sicut passio est. Quare non necesse est in infinitum abire.

¶ Soluit quedam prius oppositorum. Et primo remouet rationem zenonis que inducebatur ad probandum quod locus non sit: per hoc quia si est: oportet quod sit in alio: et sic itur in infinitum. Sed hoc vt dicit non est difficile soluere postquam iam sunt distincti modi quibus aliquid dicitur esse in aliquo. Nihil enim prohibet dicere quod locus est in aliquo: non tamen est in illo sicut in loco: sed per quendam alium modum: sicut forma est in materia: vel accidens in subiecto: inquantum. scilicet locus est terminus continentis. Et hoc est quod subdit: [sicut sanitas est in calidis: vt habitus et calor in corpore: vt passio.] vel accidens: vnde non necesse est quod procedatur in infinitum. ¶ Secundo ibi. Tex.c.26. co.ta.

¶ Patet autem cum vas nihil sit eius quod est in seipso (diuersa namque sunt id quod inest: et id in quo primo inest) locum neque formam esse: neque materiam: sed diuersum. Hec enim illius sunt aliquid quod est in vase: materia inquam ac forma. Hec igitur de ipso loco sint dubitata.

T.c.29. ¶ Illud autem manifestum: quoniam nihil est vas eius quod est in seipso. Alterum enim primo: et quod est: et in quo est. Propter quod non erit vtique neque materia neque species locus: sed alterum: illius vero entis aliquid hec et materia et forma. ¶ Hec quidem igitur sunt opposita. T.c.30.

T.3.c.14.et.15. ¶ Soluit etiam dubitationes supra positas de quiditate loci. an scilicet sit forma vel materia ex hoc quod ostensum est quod nihil primo et per se est in seipso. Ex hoc enim manifestum est quod nihil potest esse sicut vas vel locus eius quod continetur in ipso: sicut patet que sit materia vel forma. Oportet enim primo et per se alterum esse quod est in aliquo: et in quo est aliquid: vt ostensum est. Unde sequitur quod neque forma neque materia sit locus: sed aliquid alterum a locato sit locus. Materia enim et forma

sunt

sunt aliqd locati:sicut ptes intrinsece eius. Ultimo autez cōcludit q̄ supradicta per modū oppositionis dicta sunt de loco:quarū qdē oppositionū alique iā solute sunt:aliq̄ vo soluent post manifestatā nām loci. LEC. V.

ℭ Sed quidnā sit locus hoc modo fuerit manifestuz. Atq̄z sumamus de ipso que vere per se cōpetere ipsi vident. Cēsemus itaq̄z locū id cōtinere:cuius est locus:ꝛ nihil esse ipsius rei. Preterea primū locū neq̄z minorē esse neq̄z maiorē. Preterea neq̄z ab vnoquoq̄z relinq ꝛ sepabilē eē. Et insuper oēm locū differētias has habere:supra inq̄z ac infra. Et corporū vnūquodq̄z ꝓprios ad locos suapte nā ferri: aut sursuz aut deorsum pergendo:ꝛ in eisdez manere. His suppositis reliqua contemplemur oportet.

Quid autē forte sit locus: sic fiet vtiq̄z manifestū. Accipiamus aūt de ipso q̄cūq̄z vident vere fm ipsuz inesse ipsi. Dignū est igit locū eē primū qd ꝯtinet illud cuius locus est: ꝛ nihil eē rei. Amplius primū neq̄z maiorē neq̄z minorē eē. Adhuc aūt neq̄z deficere vnicuiq̄z ꝛ sepabilē eē. Adhuc autē oēm locū habere sursuz ꝛ deorsuz. ꝛ ferri natura:ꝛ manere vnūquodq̄z corpoꝝ in proprijs locis. hoc autem facere aut sursum aut deorsum.

T.c.36. ℭ Suppositis autem his reliqua considerāda.

Premissa disputatiōe de loco an sit ꝛ qd sit:ꝛ solutis qbusdā dubitatiōibus:hic accedit ad determinādū veritatē de loco. Et pmo pmittit quasdam suppositiōes de loco qbus vtet determinādo de loco. Scdo ondit qualis debeat eē diffinitio dāda de loco ibi[Oportet aūt tētare ꝛc.] Tertio incipit determinare de loco ibi [Primū qdē igit.] Dicit ergo pmo q̄ māifestū fiet ex sequētibus:qd sit locus. sed opz prius accipe.q.quasdā suppositiōes ꝛ pncipia per se nota:illa.s.que vident per se inee loco. Que qdē sunt q̄tuor. Oēs.n.reputāt hoc esse dignū.

Quadruplex suppositio de loco. Primo qdē q̄ loc' ꝯtineat id cuius est locus. ita tn̄ q̄ locus nō sit aliqd locati. Qd qdē dicit ad excludēdū ꝯtinentiā forme:q̄ ē aliqd rei:ꝛ alio mō ꝯtinet q̄z loc'. ℭ Scda

2° suppositio est q̄ pmus locus.i.in quo aliqd primo est:est equalis locato:nō maior neq̄z minor. ℭ Tertia supposi-

3° tio est q̄ locus nō deficit vnicuiq̄z locato:qn oē locatum habeat locū:nō tn̄ ita q̄ vnus ꝛ idē locus nūq̄z deficiat eidē locato:qz loc' est sepabilis a locato. Sed qn̄ loc' vnus deficit alicui locato.tūc locatū fit in alio loco. ℭ Quarta

4° suppositio est:q̄ in oi loco inuenit q̄dā dria loci sursum ꝛ deorsum:ꝛ q̄ nāliter vnūqdq̄z corpus cū est extra ꝓpriū locū.fert ad ipsum:ꝛ cū est in eo manet in ipso. Propria aūt loca nāliū sūt sursuz ꝛ deorsuz:ad q̄ nāliter mouent:ꝛ in qbus manēt. ℭ Sz h dicit fm eoꝝ opinionē q nō ponebāt aliqd corp' pter nām q̄tuor elemētoꝝ. Nōdū.n.pbauerat corp' celeste eē.neq̄z graue neq̄z leue. Sz postea probabit in libro pmo de celo. Ex his aūt nūc suppositis procedet ad considerationem aliorum. ℭ Scdo ibi.

Alij hoc ergo hoc idē q̄ quartā huius p̄sumitur. Solo dubitacite p Arist. cōtra alb. ꝛ ꝯtra dunt rationem elementi.

ℭ Atq̄z conādū est ꝯsiderationē hoc facē mō:vt ipm qd est tale assignet:vt ꝛ ea q̄ dubitant soluant: ꝛ ea que cōpetere loco vident isint:ꝛ insup ipsa difficultatis ꝛ dubitationū q̄ circa ip̄z fūt:cā pateat. Sic.n. vnūq̄dq̄z pulcberrime demōstrari profecto potest.

ℭ O pz aūt tētare intētionem sic fieri: vt quid sit reddatur: ꝛ queq̄z opposita soluātur: ꝛ que videntur loco inesse isint. Et amplius difcolie cā ꝛ oppositoꝝ circa locum manifesta erit. Sic.n. vtiq̄z pulcherrime demonstratur vnūquodq̄z.

ℭ Ostēdit qualis debeat eē diffinitio dāda de loco.ꝛ dicit q̄ in diffiniēdo locū itētio nr̄a dz ad h intēdere q̄ q̄tuor sunt q̄ reqrunt ad diffōnē pfectā. Primo quidē vt ostendat qd sit locus. Nā diffinitio est oratio idicās qd ē res. Scdo vt soluant q̄cūq̄z opposita sunt circa locuz. Nā cognitio veritatis est solutio dubitatorū. Tertium est q̄ ex diffinitione data manifestant ꝓprietates loci que insunt ei:qz diffinitio est mediū in demōstratiōe qua ꝓpria accidētia demōstrant de subiectis. Quartuz est q̄ ex diffinitione loci erit manifesta causa q̄re aliq antiqui discordauerūt circa locū:ꝛ omniū que sunt opposita circa ipsum. Et sic pulcherrime diffinitur vnūquodq̄z. ℭ Tertio ibi. 7.topi. c.4. Quattuor requirūtur ad diffinitionē perfectam. 3.meth. T.c.1.c.1.ꝛ 7.eth. co. Lec.1.ll.

ℭ Si igit mot' iste nō eēt qui ad locū accōmodat:locus sane nō q̄reret:qd qdē aūt oia est aiaduertēduz. Ab hoc.n.ꝛ celū maxie in loco eē putam'. Quia semper motu cieē. Hic aūt triplex ē:latio:accretio:ꝛ decretio. Nā in accretiōe decretiōeue fit sane mutatio. ꝛ qd prius hic erat:id est ad mai' aut ad min' trāslatū.

ℭ Primū quidē igit opz itelligere q̄ non q̄reret locus:nisi motus aliqs eēt fm locuz. Propter hoc.n.ꝛ celū maxie in loco eē opinant:qd semp in motu est. Huiusmodi aūt aliud qdez est loci mutatio:aliud vo augmētū ꝛ decrementū. Et nāq̄z in augmēto ꝛ decremēto trāsmutat:ꝛ qd pri' erat hic:iterū trāsmutatū ē in mai' aut min'. T.c.32.

ℭ Determinat de loco. Et pmo ostēdit qd sit locus. Scdo soluit dubitatiōes prius positas ibi[Manifestū autem ex his ꝛc.] Tertio assignat cām nāliū ꝓprietatū loci ibi[Et fert igit in suipsius.] Circa pmū duo facit. Primo ondit quid sit loc'. Scdo quō aliqd sit in loco.ibi[Cui quidem igit.] Circa pmū duo facit. Pmo pmittit q̄dā q̄ sunt necessaria ad inuestigādū diffinitionē loci. Scdo icipit determinare loci diffinitionē ibi[Jā igit manifestū est.] Circa pmū q̄tuor pmittit:quoꝝ pmū est q̄ nunq̄ fuisset inqsitum de loco nisi eēt aliqs motus fm locum. Ex hoc.n.necesse fuit ponere locū aliud a locato:qz inueniunt in eodez loco successiue duo corpora:ꝛ silr vnū corpus in duobus locis: sicut ēt trāsmutatio formarū circa vnā māz induxit in cognitionē māe. Et ꝓpter hoc maxie opinant aliq q̄ celum sit in loco: qz semper mouetur. Sed motus aliquis est fm locū per se.s.loci mutatio. Alius aūt ex ꝯsequēti.s. augmētū ꝛ decremētū:qz augmētata q̄titate vl' diminuta corp' accipit maiorē vel minorē locū. ℭ Scdm pōit ibi. 8.co.c.t. c.3.ꝛ commentator idē hic.tn̄ alb. aliam assignat rationes.

ℭ Mouent aūt alia per se actu:alia per accidens. Et horuz alia per se moueri psūt:vt corporis ptes:atq̄z nauigij clauis. Alia nequeunt: sed per accns semp mouent:vt albedo atq̄z scia. Hec enim ꝓpterea mutantur loco:q̄ id in quo sunt mutatur.

ℭ Est aūt qd mouet:aliud qdē per seipsuz actu: aliud vo fm accidēs. Ipsi' aūt qd fm accidēs est:alia qdē ꝯtingētia moueri per se:vt ptes corporis. ꝛ in naui clauus. Alia vo nō ꝯtingētia:sz semper fm accidēs:vt albedo ꝛ scia. Hec.n.sic trāsmutāt locū: qz id in quo sunt transmutatur.

ℭ Et dicit q̄ aliquid mouetur per se in actu:sicut qdcūq̄z corpus: aliud vo fm accidens. Quod quidem contingit dupliciter. Quedā eniz mouentur fm accidēs que tamē

sunt possibilia moueri per se: sicut partes alicuius corporis dum sunt in toto: mouentur per accidens: sed quando separantur: mouentur per se. vt clauus quando est infixus naui mouetur per accidens: sed quando extrahitur: mouetur per se: quedam vero non possunt moueri per se: sed semper mouentur per accidens: sicut albedo et scientia que mutant locum inquantum mutatur illud in quo sunt. Hoc autem induxit: quia hoc modo per se vel per accidens: actu vel potentia natum est esse in loco sicut et moueri. ¶ Tertium ponit ibi.

¶ At qui dicimus in celo tanquam in loco esse: quia in aere sumus: hic autem est in celo. Et item in aere non vniuerso: sed ob vltimum ipsius et continens in aere dicimus esse. Nam si vniuersus aer sit locus: locus profecto cuiusque non erit equalis eius cuius est locus. At equalis esse videtur. Talis autem est his: in quo primo quippiam est.

T.c.33. ¶ Quoniam autem dicimus esse sicut in loco in celo: quia in aere: hic autem in celo: et in aere autem non omni: sed propter vltimum ipsius et continens: in aere esse dicimus. Si enim omnis aer locus: non equalis erit vniuscuiusque locus et vnumquodque locatum. Videtur autem huiusmodi primum in quo est.

¶ Et dicit quod aliquis dicitur esse in celo sicut in loco: propter hoc quod est in aere: qui quidem est in celo. Nec tamen dicimus quod in toto aere sit aliquis primo et per se: sed propter vltimam extremitatem aeris que continet aliquem: dicitur aliquis esse in aere: quia si totus aer esset locus alicuius: puta hominis: non esset equalis locus et locatum: quod est contra sui positionem prius positam. Sed in quo est aliquid primo videtur esse extremum corporis continentis: et sic est huius. s. equale. ¶ Quartum ponit ibi.

¶ Cum igitur non diuisum est id quod continet: sed continuum: tunc in illo non tanquam in loco: sed vt pars in toto dicitur esse. At cum diuisum est atque tangit. tunc in primo est vltimo continentis: quod quidem neque pars est eius quod est in ipso: neque maius: sed equale. In eodem enim sunt eorum vltima que sese tangunt.

T.c.34. ¶ Cum quidem igitur non diuisum sit continens sed continuum: non dicimus esse in illo sicut in loco: sed sicut pars in toto. Cum vero diuisum sit et contactum: in primo quodam est vltimo continentis quod neque pars est ipsius quod est in ipso: neque maius distantia: sed equale. In eodem enim vltima contingentium.

¶ Et primo ponit. Secundo probat ibi [Et cum continuum.] Dicit ergo primo quod cum continens non est diuisum a corpore contento: sed est ei continuum: non dicitur esse in illo sicut est in loco: sed sicut pars in toto: vtpote si dicamus vnam partem aeris contineri a toto aere. Et hoc concludit ex premissis: quia vbi est continuum ibi non est accipere vltimum in actu: quia supra dixit requiri ad locum. Sed cum continens est diuisum et contiguum contento: tunc. s. est in loco existens in vltimo continentis: primo et per se: illud inquam quod non est pars eius: neque est maius: neque minus secundum dimensionem: sed equale. Et quomodo possunt esse continens et contentum equalia: ostendit per hoc: quod vltima contingentium sunt simul: vnde oportet eorum vltima esse equalia. ¶ Secundo ibi.

¶ Atque si continuum quidem est: non in illo: sed cum illo mouetur. Sin vero diuisum est: in illo: siue illud moueatur siue non moueatur.

¶ Et cum continuum quidem sit: non in illo mouetur: sed cum illo. Diuisum autem in illo. Et siue moueatur continens: siue non: nihil minus.

¶ Probat istud quartum duabus rationibus: quarum prima est quod contentum continuum continenti: non mouetur in continente: sed simul cum illo: sicut pars simul cum toto. Sed quando est diuisum contentum a continente: tunc potest moueri in illo: siue continens moueatur. siue non. Homo enim mouetur in naui vel quiescente vel mota. Cum ergo aliquid moueatur in loco: sequitur quod locus sit continens diuisum. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Insuper cum non est diuisum: vt pars in toto dicitur esse: vt in oculo pupilla: aut in corpore manus. Cum vero est diuisum: esse in illo dicitur: vt aqua in cado: aut in dolio vinum. Nam manus quidem cum corpore: aqua autem in cado mouetur.

¶ Amplius cum non diuisum sit: sicut pars in toto dicitur: vt sicut in oculo visus: et in corpore manus. Cum autem diuisum est: vt in cado aqua: et in scypho vinum. Manus quidem. n. cum corpore mouetur: aqua autem in cado.

¶ Et dicit quod cum contentum non sit diuisum a continente: sed continuum ei: tunc dicitur esse in eo sicut pars in toto: vt visus est sicut pars formalis in oculo: et manus sicut pars organica in corpore. Sed cum diuisum est contentum a continente: tunc dicitur esse in eo: vt in vase: sicut aqua in cado: et vinum in scypho. Quorum hec est differentia: quod manus mouetur cum corpore: sed non in corpore: sed aqua mouetur in cado. Cum igitur supra dictum sit quod esse in loco est sicut esse in vase: non autem sicut pars in toto: sequitur quod locus sit continens diuisum. T.c.35. LEC. VI.

¶ Jam igitur ex hisce patet quidnam sit locus. Quatuor enim fere sunt quorum vnum quid locum esse necesse est. Aut enim forma: aut materies: aut interuallum quid est inter extrema: aut ipsa extrema: si non sit interuallum vllum preter ipsius corporis magnitudinem quod est in loco.

T.c.36. Iam igitur manifestum ex his quid est locus. Vere. n. quatuor sunt quorum necesse est loci vnum aliquid esse. Aut. n. forma: aut materia est: aut spatium aliquod in medio extremorum: aut extrema: si non est spatium vllum preter impositi corporis magnitudinem.

Premissis his que sunt necessaria ad inuestigandum diffinitionem loci: hic inuestigat loci diffinitionem. Et circa hoc tria facit. Primo inuestigat particulas diffinitionis. Secundo concludit diffinitionem ibi [Quare terminus.] Tertio ostendit eam bene assignatam ibi [Et propter medium.] Circa primum duo facit. Primo inuestigat genus loci. Secundo differentiam completiuam diffinitionis eius ibi [Videtur autem magnum aliquid.] Ad inuestigandum autem genus loci vtitur diuisione quadam: vnde circa hoc tria facit. Primo proponit diuisionem. Secundo excludit tria membra diuisionis ibi [Horum autem quod non contingat.] Tertio concludit quartum ibi [Si igitur nihil horum.] Dicit ergo primo quod iam ex premissis potest esse manifestum quid sit locus. Videtur enim secundum ea que consueuerunt de loco dici: quod locus sit vnum de quatuor. s. vel materia: vel forma: vel aliquod spatium inter extrema continentis: vel si nullum spatium est inter extrema continentis quod habeat aliquas dimensiones preter magnitudinem corporis quod ponitur infra corpus continens: oportebit dicere quartum. s. quod extrema corporis continentis sint locus. ¶ Secundo ibi.

¶ Atque patet horum tria locum esse non posse.

¶ Horum autem quod non contingat tria esse: manifestum est.

¶ Excludit tria membra predicte diuisionis. Et primo proponit quod intendit dicens: manifestum est per sequentia: quod non contingit locum esse

eum esse aliquod hoꝝ triū. ¶ Secundo prosequitur ibi.

¶ Sed q2 ꝯtinet: forma esse videtur. In eodē eni sūt vltia eoꝝ quoꝝ alteꝝ ꝯtinet: alterum continetur.

T.c.36. ¶ Sed ppꝛ id qđ ꝯtinet: videt̃ forma eē. In eodē eni sunt extrema continentis ꝛ contenti.

¶ Et p̄mo de forma. Secūdo de spatio ibi [Sed ex eo ꝙ mutatur.] Tertio de materia ibi [Et materia autem videtur.] Circa primum duo facit. Primo ponit quare locus videat̃ esse forma: q2 s. forma continet: qđ videt̃ esse proprium loci. Extrema vo corporis cōtinētis ꝛ contenti sūt sil' cū ꝯtinēs ꝛ ꝯtētū sint ꝯtigua adinuicē: ꝛ sic termin⁹ ꝯtinēs qui ē locus: nō videt̃ separat⁹ eē a termino corpis cōtēti: ꝛ sic videtur locus nō differre a forma. ¶ Scđo ibi.

¶ Sunt igit̃ ambo fines: sed nō eiusdē. Sed forma quidē ipsi⁹ rei: locus aūt corporis eius quod continet.

¶ Sūt qđē igit̃ vtraq3 termini: sed nō eiusdē: s3 spēs quidē rei. Locus autē ꝯtinentis corporis.

¶ Ostendit ꝙ forma non sit locus: q2 quamuis locus ꝛ forma in hoc conueniant ꝙ vterq3 eoꝝ est qdā termin⁹: nō tn̄ vnius ꝛ eiusdem: sed forma est terminus corpis cuius est forma: locus aūt nō ē terminus corpis cuius est locus: sed corpis ꝯtinentis ipz: ꝛ l3 sint sil' termini ꝯtinētis ꝛ cōtenti non tamen sunt idem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quia vo id quod continet̃ atq3 diuisum est: interdū transfert̃: eo manēte: qđ cōtinet: vt aq̄ ex vase: interuallum quid esse videt̃: quod est inter extrema: vt aliquid aliud preter corpus id quod transfertur.

¶ Sed ex eo ꝙ mutatur multotiens manente cōtinente contentum ꝛ diuisum: vt ex vase aqua: ipsum medium esse aliquid videtur spatiū tanq̄ aliquid sit preter corpus: quod transfertur.

¶ Prosequtur de spatio. Et p̄ ponit q̄re spatiū vr̃ eē locus. Scđo ostēdit ꝙ nō sit locus. ibi [Hoc aūt non est.] Dicit ḡ p̄mo ꝙ q2 multotiēs mutat̃ corpus cōtentū a loco ꝛ diuisum ab eo de loco in locū: ꝛ succedūt sibi corpa inuicem in eodē loco: ita ꝙ ꝯtinēs remanet imobile: eo modo quo aq̄ exit a vase: ppꝛ h̄ videt̃ ꝙ locus sit aliqđ spatiū mediū inter extremitates corpis ꝯtinentis: ac si aliquid esset ibi p̄ter corpus qđ mouet̃ de vno loco ad aliū. Quia si nō eēt aliud ibi p̄ter illud corpus: sequeret̃ ꝙ vel locus non eēt aliud a locato: vel ꝙ id qđ est mediū inter extremitates ꝯtinētis nō posset eē locus. Sicut aūt ops3 locū eē aliqd p̄ter corpus ꝯtētū: ita vr̃ ꝙ oporteat locū eē aliqd p̄ter corpus ꝯtinēs: ex eo ꝙ loc⁹ manet imobilis: corp⁹ aūt ꝯtinēs ꝛ oē qđ est in eo ꝯtingit transmutari. Nihil aūt aliud pōt itelligi eē p̄ter corpus continēs ꝛ ꝯtētū: nisi dimensiones spatij in nullo corpe existētes. Sic igit̃ ex hoc ꝙ locus est imobilis: videtur ꝙ spatium sit locus. ¶ Secundo ibi.

¶ Hoc aūt nō est ita: sed quoduis eoꝝ corpoꝝ icidit que transferunt̃: aptitudineq3 habent tangendi. Qđ si esset qd interuallū aptū in eodēq3 manēs: īfinita loca eēnt p̄fecto. Si eni transferat̃ aq̄ ꝛ aer: idem faciēt oēs ptes in toto: qđ vniuersa aq̄ in vase.

¶ Hoc aūt nō est: sed ꝯtingens incidit corpus coꝝum que transferunt̃: ꝛ que se apta nata sunt cōtingere. ¶ Si aūt aliquid esset spatiū aptū natū

T.c.37. ꝛ manēs in eodē loco: īfiniti vtiq3 eēnt loci. Transtāte eni aere ꝛ aqua idem facient oēs partes in toto: quod quidem omnis aqua in vase.

¶ Ostēdit ꝙ spatiū nō sit locus duab⁹ rōnib⁹. Circa p̄mum p̄mā dicit ꝙ h̄ nō est veꝝ ꝙ aliqd sit ibi infra extremitates corpis ꝯtinentis: p̄ter corpus ꝯtentū qđ trāsfert̃ de loco in locū. Sed infra illas extremitates corpis ꝯtinentis icidit aliqđ corpus: qđcūq3 illud esse ꝯtingat: ita tn̄ ꝙ sit de numero corpoꝝ mobiliū: ꝛ iteꝝ de numero eoꝝ q̄ sūt apta nata tāgere corpus continēs. Sed si posset esse aliqđ spatiū mediū p̄ter dimēsiones corpis ꝯtēti: qđ semp maneret in eodē loco: sequeret̃ h̄ incōueniēs: ꝙ infinita loca sil' essent. Et h̄ iđ q2 cū aqua ꝛ aer habeāt p̄prias distantias: ꝛ qlibet corp⁹ ꝛ q̄libet ps corpis ꝛ oēs ptes idē facient i toto qđ tota aq̄ facit in vase. Secūdū vo eoꝝ pōnēz q̄ tenēt sniam de spatio: cū tota aq̄ ē i vase: sūt ibi alie dimēsiōes spatij p̄ter dimēsiōes aq̄. Ois āt ps ꝯtinet̃ a toto sic locatū a vase. Nec differt nisi solū q̄tū ad h̄ ꝙ ps nō ē diuisa: locatū āt ē diuisū. Si ḡ ps diuidat̃ i actu sequet̃ ꝙ sint ibi alie dimēsiōes toti⁹ ꝯtinētis: p̄ter dimēsiōes ptis. Nō pt̃ aūt dici ꝙ diuisio faceret ibi eē d nouo aliq̄s dimēsiōes: nō .n. diuisio cāt dimēsiōez: s3 p̄existētē diuidit: ḡ an̄q̄ ps eēt diuisa a toto erāt alie p̄pe dimēsiōes ptis p̄ter dimēsiōes totius penetrātes ēt ptē. Quot ḡ ptes ē accipe p diuisiōez in aliq̄ toto: ita ꝙ vna ꝯtineat aliā: tot dimēsiones abinuicē distincte erūt ibi: q̄rū q̄dā alias penetrabunt. Est aūt accipe i īfinitū in aliquo toto ꝯtinuo ptes q̄ alias ꝯtinēt: ppꝛ h̄ ꝙ ꝯtinuū i īfinitū diuidit̃. Relinqtur igit̃ ꝙ sint īfinite dimēsiōes se inuicē penetrātes. Si igit̃ dimēsiones corporis continentis penetrātes locatuz sit locus: sequitur ꝙ sint infinita loca simul: quod est impossibile.

¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Et insup locus etiā transferet̃. Quare loci etiā ali⁹ locus erit: ꝛ loci simul complures erūt. At nō est ali⁹ locus ipsius ptis: in quo mouet̃: cū vas totū trāsfert̃ sed idē. Aer eni ꝛ aq̄ vel ptes aque in eo in quo sunt mouent̃: sed nō in eo loco ad quem accedūt: qui quidem pars eius est loci: qui locus totius est celi.

¶ Simul aūt erit ꝛ locus trāsmutās: quare erit loci alius locus: ꝛ multi loci sil' erūt. Nō est aūt alius locus ptis in quo mouet̃: cū totū vas trāsmutat̃: sed idē: in quo eni est cōmutat̃ aer ꝛ aq̄: aut partes aque. Sed nō in quo fiunt loco: qui pars est loci: qui est locus totius celi.

¶ Ponit secūdā rōnez que talis est. Si dimēsiones spatij qđ est īfra extremitates corporis ꝯtinētis sit locus: sequitur ꝙ locus trāsmutet̃. Manifestū est enim ꝙ trāsmutato aliquo corpore: vtputa amphora: trāsmutat̃ illđ spatiū qđ est īfra extremitates amphore: cū nunq̄ sit nisi vbi ē amphora. Omne aūt qđ trāsmutat̃ in aliquē locū: penetrat̃ s̄m eoꝝ pōnē a dimēsionibus spatij in qđ trāsmutatur. Sequit̃ ḡ ꝙ alique alie dimēsiones subintrāt dimensiones illi⁹ spatij amphore: ꝛ sic loci erit alius locus: ꝛ multa loca erunt sil'. Hoc ḡ icōueniēs accidit: q2 ponit̃ aliud eē locus corporis ꝯtenti: vt aque: ꝛ vasis vt amphore. Nā s̄m illoꝝ opinionē locus aque est spatiū qđ est īfra extremitates amphore. Locus aūt totius amphore est spatiuz qđ est īfra extremitates corporis ꝯtinētis amphorā. Sed nos nō dicimus ꝙ alius sit locus ptis: ꝛ in quo mouet̃ ps: cū totū vas trāsmutat̃ s̄m idem. Dicit autē hic partē corpus cōtentum in vase vt aquam contentam in amphora: q2 s̄m Arist. aqua mouetur per accidens vase transmutato: ꝛ non mutat locum nisi inquantum amphora locū mutat: vnde nō oportet ꝙ locus in quem vadit: sit locus partis per se: sed solum inquantum est locus amphore. Sed s̄m tenentes opinionem de spatio: sequitur ꝙ ille locus per se respondeat aque: sicut ꝛ amphore: ꝛ ꝙ per se etiam

Expō an rea.

respõdeat spatio: ꝛ ꝑ se loquendo spatiũ illud mouebitur ꝛ habebit locũ: ꝛ nõ solũ ꝑ accidẽs. Et lꝫ corpus ꝯtinẽs quãdoqꝫ moueatur: nõ tñ sequitur ſm opi. Ari. ꝙ locus moueatur aut ꝙ loci sit locus. Cõtingit qdeꝫ enĩ aliquod corpus cõtinẽs in quo est aliqd ꝯtẽtũ moueri: sicut aer vel aq̃: aut alique partes aq̃: vtputa si nauis est in fluuio: partes aq̃ q̃ inferius ꝯtinẽt nauẽ mouentur: sed tñ locus nõ mouetur. Et hoc ẽ qd̃ subdit [sed nõ est in quo fiũt loco]. i. sed nõ illõ in quo aliq̃ fiũt [sicut in loco mouetur.] Et quomõ hoc sit verũ: ostẽdit per h qd̃ subdit: [q est ps loci q est locus totius celi.] Lꝫ enĩ hoc ꝯtinens moueatur prout est hoc corpus: tñ prout ꝯsideratur ſm ordinẽ queꝫ habet ad totũ corpus celi nõ mouetur: Nã aliquod corpus qd̃ succedit eũdẽ ordinẽ vel sitũ habet per cõparationẽ ad totũ celum: quẽ habuit corpus qd̃ ꝑus effluxerat. Hoc est ergo qd̃ dicit ꝙ lꝫ aq̃ vel aer moueatur: non tamen mouetur locus put ꝯsideratur vt ps q̃dam loci totius celi: habens determinatum situm in vniuerso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At qui mã quoqꝫ locus eẽ videbitur: si in q̃escente ꝛ nõ separato sed ꝯtinuo q̃spiã cõsiderauerit. Nã vt si alteratur ẽ aliqd qd̃ nũc qdẽ est albũ: olim aũt erat nigrũ: ꝛ nũc qdẽ ẽ durũ: olim aũt erat molle: q̃propter ꝛ dicimus mãm aliqd esse: sic ꝛ locus per q̃dam talem imaginationem esse videtur. Uerum illud quidem ex eo q: quod erat aer id nunc est aqua. Locus autem ex eo q: vbi erat aer: hic nunc est aqua.

T.c.38. ¶ Et mã aũt videtur vtiqꝫ esse locus: si in quiescente aliquis ꝯsideret ꝛ non in separato sed ꝯtinuo. Sicut enim si alteratur: est hoc quidẽ nũc vtiqꝫ album: nunc autem nigrum: ꝛ nunc quidem durum: olim autem molle: vnde dicimus aliqd esse materiam: sic ꝛ locus per talem quãdã videtur esse phãtasiã. Uerũtñ illud quidẽ quoniam quod nunc est aqua: prius erat aer: locus autem quia vbi nunc est aqua ibi erat aer.

φαντα σία ꝯ apparentia.

¶ Prosequitur de mã. Et primo ostẽdit quare materia dicitur esse locus. Secũdo oñdit ꝙ non sit locus ibi [Sed materia quidem.] Dicit ergo primo ꝙ mã videtur eẽ locus: si aliq̃s consideret transmutationem corporum succedentium sibi in eodẽ loco in aliquo vno subiecto q̃escente ſm locũ: ꝛ non habeatur respectus ad hoc ꝙ locus est separatus: sed attẽdatur solũmõ transmutatio in aliquo vno continuo. Aliqd̃. n. corpus continuum ꝛ quietuꝫ ſm locũ: cum alteratur: vnũ ꝛ idem nunc quidẽ est albuꝫ: nunc autem nigrũ: ꝛ nũc est durũ: ꝛ prius molle. Et ꝑꝑ istã transmutationẽ formaꝝ circa subꝫ dicimus ꝙ materia est aliquid: que manet vna facta trãsmutatione ſm formaꝫ. Et talem ẽt apparẽtiã videtur locus esse aliqd: q: in eo ꝑmanẽte succedũt sibi diuersa corpora. Sed tñ alio mõ loquendi vtimur in vtroqꝫ. Nã ad designãdũ materiaꝫ vel subiectum: dicimus ꝙ id quod nunc est aqua: prius erat aer. Ad designanduꝫ autẽ vnitatẽ loci: dicimus ꝙ vbi nunc est aqua: prius erat aer. ¶ Secundo ibi.

¶ At eni mã quidẽ: vt antea diximus: neqꝫ separabilis est a re: neqꝫ ꝯtinet: loco aũt ambo competunt.

¶ Sed mã quidẽ sicut dcm̃ est in priorib⁹: neqꝫ diuisa est a re: neqꝫ ꝯtinet rẽ: locus autẽ vtraqꝫ.

T.c.c.3.t. ca.7.t.16. ¶ Oñdit ꝙ mã nõ sit locus: q: sicut supra dcm̃ est. mã nõ est diuisa a re cuius est mã: neqꝫ ꝯtinet eã: quoꝝ vtrumqꝫ cõpetit loco. Locus igitur nõ est mã. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Si igitur locus nõ est quicq̃ istoꝝ triũ neqꝫ mã: neqꝫ forma: neqꝫ etiã interuallũ aliqd aliud semꝑ preter ipsius rei spatiũ que trãsfertur: necesse est locũ q̃tuor illoꝝ reliquũ eẽ: finẽ inq̃tũ corꝑis ꝯtinẽtis: atqꝫ id corpus contineri dico: quod est mobile latione.

¶ Si igitur nihil hoꝝ triuꝫ locus est: neqꝫ spẽs: neqꝫ materia: neqꝫ spatium aliquid: sed semper est alterũ preter id quod est rei distantia: necesse est locum esse reliquuꝫ de q̃tuor continentis terminum corporis. Dico autem contentum corpus quod mouetur ſm loci mutationem. T.c.39.

¶ Remotis tribus membris ꝯcludit quartum: ꝛ dicit ꝙ q: locus non est aliquod trium. i. neqꝫ forma: neqꝫ materia: neqꝫ aliqd̃ spatium qd̃ sit alterũ preter distantias rei locate. necesse est ꝙ locus sit reliquũ de quatuor supra nominatis. s. ꝙ sit terminus corporis cõtinentis. Et ne aliquis intelligat contentum vel locatum esse aliqd̃ spatiuꝫ mediũ subiũgit ꝙ corpus ꝯtentũ dr̃ illud qd̃ est natũ moueri ſm loci mutationem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magnũ autẽ qd difficileqꝫ esse videtur locũ ꝑcipere tũ q: partim mãe: partim forme silis eẽ videtur: tũ q: translatio eius qd̃ fertur: in ipso ꝯtinẽte fit q̃escente. Esse enĩ posse videtur iteruallũ aliud q̃dda a magnitudinib⁹ q̃ mouentur. Cõfert autẽ ad hoc ꝛ ipse aer: q videtur eẽ icorporeus. Nã nõ solũ fines ipsius vasis: sed iteruallũ etiã ipm vt vacuum locus esse videtur.

¶ Uidetur aũt magnũ aliquid ꝛ difficile accipi qd est locus: ꝛ propter hoc ꝙ apparet eẽ materia ꝛ forma: ꝛ propter hoc qdẽ ꝙ in quiescente ꝛ cõtinente fit transmutatio eius quod fertur. Contingere aũt videtur esse spatiũ mediũ aliud aliquid a motis magnitudinibus. Proficit autem aliqd ꝛ aer: ꝛ apparẽs incorporeus esse. Uidetur. n. non soluꝫ terminus vasis esse locus: sed ꝛ quid est medium tanquam vacuum. T.c.40.

¶ Inuestigat drĩã loci. s. ꝙ sit imobilis. Circa h duo facit. Prĩo oñdit ꝙ ex hac drĩa nõ debite ꝯsiderata insurrexit q̃daꝫ error circa locũ. Scd̃o oñdit q̃uo sit itelligẽda imobilitas loci. ibi [Est autẽ sicut vas.] Dicit g̃ ꝑmo ꝙ videtur magnũ aliqd ꝛ difficile accipere quid sit locus. tũ ꝑꝑ hoc ꝙ q̃busdã vr̃ ꝙ locus sit mã vel forma que hñt altissimã cõsiderationẽ: vt supra dcm̃ est. Tũ ꝑꝑ h ꝙ mutatio eius qd̃ fertur ſm locũ fit in quodã quiescẽte ꝛ ꝯtinẽte. Cũ igitur nihil videatur esse ꝯtinens ꝛ imobile nisi spatiũ: videtur ꝯtingere ꝙ locus sit quoddã mediũ: quod est aliud a magnitudinibus que mouentur ſm locũ. Et ad credulitatem huius opiniõis multũ proficit ꝙ aer videtur eẽ icorpore⁹: q: vbi est aer videtur ꝙ nõ sit corpus: sed q̃dam spatium vacuũ: ꝛ sic videtur locus nõ solum eẽ terminus vasis: sed quoddã mediũ tanq̃ vacuum. ¶ Secundo ibi. t.c.16.

¶ Ut aũt vas locus est potens transferri: sic ꝛ locus vas est imobile. Quocirca cũ id qd̃ est intus mouetur atqꝫ transfertur: si id mouetur in quo est vt in fluuio nauis: vt vase tũc vtitur illo qd̃ ꝯtinet: magis q̃ loco. Locus aũt vult esse immobilis. Quapropter vniuersus fluuius magis est locus: q: est imobilis vniuersus.

¶ Est aũt sicut vas locus trãsmutabilis: sic loc⁹ vas imobile. Unde cũ quidẽ in eo quod mouetur moueatur ꝛ mutetur qd̃ intus: vt in flumine na- T.c.41.

nis:tanq̃ʒ vase vtitur magis q̃ʒ loco continenti. Uult autem immobilis locus esse. Unde ois fluuius magis locus est: q: immobilis omnis.

¶ Ondit quō itelligēda ē imobilitas loci vt excludat opinio pdicta: ꝛ dicit ꝙ vas ꝛ locus in h differre vident: ꝙ vas trāsmutat: locus aūt nō. Uñ sicut vas pōt dici locus trāsmutabilis: ita locus pōt dici vas imobile. Et iō cū aliqd mouet in aliquo corpe qd mouet: sicut nauis i flumine vtit isto in quo mouet magis sicut vase: q̃ʒ sicut loco ꝯtinēte: q: locus[vult esse imobilis].i. de aptitudine ꝛ nā loci ē ꝙ sit imobilis. Et pp h magis pōt dici ꝙ tot' fluui' sit locus nauis: q: totus fluui' ē imobilis. Sic igit fluui' totus inq̃ʒtū est imobilis est locus cōis. Cū aūt locus proprius sit ps loci cōis: opʒ accipe ppriū locū nauis in aqua fluminis: inq̃ʒtū hʒ ordinē ad totū fluuiū vt est imobilis. Est igit accipe locū nauis in aq̄ fluēte nō sm hāc aquaʒ q̄ fluit: sed sm ordinē vel situ quē hʒ hec aq̄ fluens ad totū fluuiū: q gdē ordo vel situs idē remanet in aq̄ succedēte. Et iō lʒ aq̄ mālitér pterfluat: tñ sm ꝙ hʒ rōnem loci: put. s. ꝯsideratr in tali ordie ꝛ situ ad totuʒ fluuiū: nō mutat. Et p hoc silr accipere debem' quō inter extremitates corpoꝝ mobiliū nāliū sit locus p respectū ad totuʒ corp' spericū celi: qd hēt fixionē ꝛ imobilitatē pp imobilitatem centri ꝛ poloꝝ. Sic igitur lʒ hec pars aeris que ꝯtinebat vel hec pars aque effluat ꝛ moueat inq̃ʒtū est hec aq̄: tñ sm ꝙ habet hec aqua rōnē loci semp manet. s. situs ꝛ ordo ad totū spericum celi. Sicut etiā dr idē ignis manere quantū ad formā: lʒ sm materiā varietur cōsumptis ꝛ additis qbusdam lignis. Et per hoc cessat obiectio q̄ pōt fieri ꝯtra hoc ꝙ ponimus locū esse terminū ꝯtinentis: q: cū continens sit mobile ꝛ terminus continentis erit mobilis: ꝛ sic aliquod quietum existens habebit diuersa loca. Sed hoc nō sequit: q: terminus ꝯtinentis non erat locus inq̃ʒtū est hec supficies isti' corpis mobilis: sed sʒ ordinē vel situ quem hēt in toto imobili. Ex quo pʒ ꝙ tota rō loci in oibus continentibus est ex primo continente ꝛ locante scilicet celo. ¶ Deinde cum dicit.

2° meteo. lec. 2.

Ut. s. l. c. 37.

¶ Quare locus est finis ꝯtinētis immobilis primus.

¶ Quare terminus continens immobilis primū hic est locus.

Diffinitō loci.

¶ Cōcludit ex pmissis diffōnē loci. s. ꝙ locus est terminus imobilis ꝯtinētis p'. dicit aūt[pmū] vt designet locū ppriū ꝛ vt excludat locuʒ cōem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqʒ ob hoc mediū qdē vniuersi: infra fines aūt citeriores celi: supra maxime oibus pprie esse videnf. Quia illud qdē semp manet: fines autē celi eodē modo sese habētes manēt. Quare cū leue quidem sit id qd sursū pergit: graue autē id qd deorsuʒ fertur sua pte natura: his quidē finis qui versus mediū ꝯtinet infra est: ꝛ ipm etiā mediū. His autē qui versus vltimum ꝯtinet supra: ꝛ ipsum etiam vltimum.

T. c. 42. ¶ Et ppter h mediū celi ꝛ vltimū ad nos circularis loci mutatiōis videt esse: h qdē sursum: illud vo deorsum: maxime oibus pprie: q: hoc qdē semp manet. Circuloꝝ aūt vltimū silr se habēs manet. Quare qm̄ qd leue qdē: sursū fert nā. Quod vo graue: deorsum. Quod qdē est ad mediū ꝯtinēs deorsū est: ꝛ ipm mediū. Qd vo ad vltimum sursum est: ꝛ ipsum vltimum.

¶ Ostēdit diffōnē bene assignatā per hoc ꝙ ea que dicuntur de loco ꝯgruūt sm hanc diffinitionem. Et ponit tria: quoꝝ p' est: ꝙ pp h ꝙ locus est ꝯtinēs imobile[mediuʒ celi].i. cētrū[ꝛ vltimū circularis loci mutatiōis].i. corporū circulariter motoꝝ: vltimū dico[versus nos].i. supficies orbis lune[vr h qdē eē sursum].i. vltimū pdictū[illud vo eē deorsum].i. mediū. Et h maxime pprie vr dici inter oia: q: cētruʒ semp manet. Illud aūt qd est vltimū in corporib' circulariter motis versus nos: lʒ moueat circulariter: tñ manet: inq̃ʒtū silr se hʒ. i. in eadē elongatione ad nos. Et q: ad ppria loca mouētur corpa nālia: inde est ꝙ leuia nālr mouētur sursuʒ: ꝛ grauia deorsum: q: ipsum mediū ꝛ terminus ꝯtinens versus mediū vocat deorsuʒ: ꝛ similr ipsum vltimū ꝛ qd est versus vltimuʒ dr eē sursum. Utit aūt tali modo loquēdi: q: terre q̄ est simpliciter grauis locus est mediū: aque aūt locus ē vsus mediū. Et similiter locus ignis q est simpliciter leuis est vltimū: locus aūt aeris est versus vltimū. ¶ Scdm ponit ibi.

¶ Et propterea locus superficies quedaʒ ꝛ quasi vas continensqʒ esse videtur.

¶ Et propter hoc planum videtur esse quoddā: ꝛ sicut vas locus ꝛ continens.

¶ Et dicit ꝙ q: locus est terminus: pp hoc locus dr eē sicut quedam supficies: ꝛ sicut quoddā vas ꝯtinēs: nō autē sicut spatium vasis ꝯtinentis. ¶ 3m ponit ibi.

¶ Preterea locus simul cū ipsa re quodammodo est. Quippe cum ipsi fines sint simul.

¶ Amplius simul cum re quodammodo locus est. Simul enim finis est ꝛ locus.

¶ Et dicit ꝙ q: loc' est terminus: pp h sil' est locus ꝛ locatū: q: sil' est finis locati: ꝛ termin' ꝯtinentis q est locus: q: tāgētiū vltima simul sūt: ꝛ sm h etiā itelligit ꝙ locus eq̄tur locato: q: s. equant sm extrema. LEC. VII.

¶ Atqui corpus quidē id est in loco extra quod aliqd est corpus continens ipsum. Quod vo non ita se habet: non est in loco.

Ui quideʒ igitur corpori inest aliquid extra corpus continens ipsum: hoc in loco est. Cui vo non: minime. T. c. 43.

Postq̃ʒ phs diffiniuit locū: hic ondit q̄liter aliqd sit i loco. Et circa h duo facit. Prio ondit q̄liter aliqd simplr sit in loco: ꝛ q̄liter nō. Scdo ondit quō illud qd nō est simplr in loco: sm qd in loco sit. ibi[Uñ ꝛ si aq̄ fiat.] Cōcludit g pmo ex pmissis: ꝙ cū locus sit terminus ꝯtinētis: cuicūqʒ corpori adiacet aliqd corpus ꝯtinēs ipm exterius: hoc est in loco simpliciter ꝛ p se. cui vo corpori nō adiacet aliqd corpus exterius ꝯtinēs ipm: minime est in loco. Tale aūt corpus in mūdo nō ē nisi vnū s. vltima spera: quecūqʒ sit illa: vñ sʒ hanc determinationē: sequit ꝙ vltima spera nō sit in loco. ¶ Sed h vr impossibile: q: vltima spera mouet in loco: nihil aūt mouet in loco: qd nō sit i loco. ¶ Huiꝰ igit dubitatiōis difficultas nō accidit his q tenent sniam de spatio. Nō est. n. eis necesse dicere. ꝙ ad h ꝙ spera vltima sit in loco: ꝙ habeat corpus cōtinens: sed spatiū qd itelligitur penetrare totū mundū ꝛ oēs ptes eius: est locus totius mundi ꝛ cuiuslibet partium eius sʒ eos. ¶ Sed hec positio est impossibilis: q: vel opʒ dicere ꝙ locus non sit aliqd preter locatū: vel ꝙ alique dimensiones spatij sint p se existentes: ꝛ tñ subintrātes dimēsiōes corpoꝝ sēsibiliū: q̄ sūt ipossibilia. ¶ Unde Alexāder dicit ꝙ vltima sphera nullo modo est in loco. Non. n. oē corpus de necessitate est in loco: cum locus nō cadat in diffinitiōe corpis. Et pp hoc dixit ꝙ vltia sphera non mouetur in loco: neqʒ sm totum: neqʒ sm partes.

Nō q vltia spa sit in loco

Opio h' eoꝝ q tenēt opiōnē de spa no

Impro.

Opinio Alexā.

Opinio Auicen. Lec. 4. t.co. In. Impro. opi. onis Auicen.

¶ Sed qꝛ opꝫ oēm motū in aliquo genere motus poni. Aui. eū ſecut⁹: dixit ꝙ motus vltime ſpere nō eſt motus in loco: ſed motus in ſitu: ꝫ Ariſt. qui dicit in q̄nto hui⁹ ꝙ motus eſt tm̄ in tribus generibus. ſ. in quātitate q̄litate ⁊ vbi. ¶ Sed h̄ nō pōt ſtare: īpoſſe eſt. n. ꝙ motus ſit per ſe loquēdo in aliquo genere: cuius ſpecieꝝ rō in īdiuiſibili ꝯſiſtit. Propter h̄. n. in ſubā nō eſt motus: qꝛ rō cuiuſlibet ſpeciei ſubē ꝯſiſtit in īdiuiſibili: eo ꝙ ſpēs ſubē nō dicunt̄ ſm̄ magis ⁊ minus: ⁊ pp̄ h̄ cū motus habeat ſucceſſionē: nō pducit̄ in eē forma ſubalis p motū: ſed per generationē que eſt terminus mot⁹: ſecus aūt eſt de albedine ⁊ ſimilib⁹: q̄ participant̄ ſm̄ magis ⁊ min⁹. Quelibet aūt ſpēs ſitus hꝫ rōnem in īdiuiſibili ꝯſiſtentē: ita ꝙ ſi aliqd addit̄ vel minuit̄: nō eſt eadē ſpēs ſitus: vn̄ īpoſſe eſt ꝙ in genere ſitus ſit motus. ¶ Et pterea remanet eadeꝫ difficultas. Nā ſitus ſm̄ ꝙ ponit̄ pdicamētū īportat ordinationē ptiū in loco: lꝫ ſꝫ ꝙ ponit̄ dr̄ia q̄titatis: nō īportat niſi ordinē ptiū in toto: oē igit̄ qd̄ mouet̄ ſm̄ ſituꝫ: opꝫ ꝙ moueat̄ ſꝫ locū. ¶ Quidā aūt alij dixerūt. ſ. Auempace

Opinio auēpace

ꝙ aliter aſſignādus ē locus corpori ꝙ mouet̄ circulariter ⁊ aliter corpori qd̄ mouet̄ motu recto. Quia. n. linea recta eſt impfecta additionē recipiēs: corpus qd̄ mouet̄ motu recto reqꝛit locum exterius ꝯtinētem. Quia vō linea circularis in ſeipſa pficit̄: corpus qd̄ circulariter mouet̄ nō reqꝛit locū exteri⁹ ꝯtinētē: ſed locū circa quē reuoluatur: vn̄ ⁊ motus circularis dr̄ eē motus circa mediū. Sic igit̄ dicūt ꝙ ſupficies ꝯuexa ſpere ꝯtētē eſt locus pme ſpere.

Impro. auēpace

¶ Sed h̄ eſt ꝯtra ſuppoſitiōes cōes pus de loco poſitas ſ. ꝙ locus ſit ꝯtinēs: ⁊ ꝙ locus ſit eq̄lis locato. ¶ Et ideo

lec 5. t. c. 34. Opinio Auer.

Auer. dixit ꝙ vltima ſpera eſt in loco p accn̄s. ¶ Ad cui⁹ euidētiā ꝯſiderādū eſt ꝙ oē illud qd̄ habet fixionē p alteꝝ: dr̄ eē per accn̄s in loco ex h̄ ꝙ id per qd̄ figit̄ in loco eſt: vt pꝫ de clauo infixo naui: ⁊ de hoīe quieſcēte in naui. Manifeſtū ē aūt ꝙ corpora circulariter mota hn̄t fixionē p īmobilitatē centri. Vn̄ vltima ſpera dicit̄ eſſe in loco p accn̄s. inquantum centrū circa qd̄ reuolutur habet

Solutio obiectionis tacite

eſſe in loco. ¶ Quod autem alie ſpere inferiores habent per ſe locum in quo continentur: hoc accidit: ⁊ non eſt de neceſſitate corporis circulariter moti. ¶ Sed cōtra hoc obycitur: qꝛ ſi vltima ſpera ſit in loco p accn̄s: ſequitur ꝙ moueatur in loco per accidēs: ⁊ ſic motus p accn̄s eſt prior motu per ſe. ¶ Sed ad hoc rn̄detur ꝙ ad motum circu

S. Tho. ꝫ cōmen.

larem non reqꝛitur ꝙ id qd̄ mouetur per ſe circulariter ſit p ſe in loco: reqꝛit̄ aūt ad motū rectū. ¶ Sed h̄ videt̄

T. c. 32. ⁊ 33.

eē ꝫ diffinitionē Ari. quā ſupra poſuit de eo qd̄ eſt ī loco p accn̄s. Dixit. n. aliq̄ eē vel moueri in loco p accn̄s: ex h̄ ꝙ mouet̄ id in quo ſūt: nō autē dr̄ aliqd eē in loco per accidēs: ex h̄ ꝙ aliqd qd̄ eſt oīno extrīſecū ab ip ſo: eſt in loco. Cū igit̄ cētrū ſit oīno extrīſecū a ſpera vltima: ridiculū videt̄ dicere ꝙ ſpera vltima ſit in loco p accidēs: ex h̄ ꝙ centrū eſt in loco. ¶ Et iō magis approbo ſnīam The

Opinio Themiſtij roborata p S. Tho. Lec. 5. t. cō 32. Solō ad potiſſimū Alexandri moti.

Explanatio opi. antiquo͡r de vacuo. ℂ Soluit ꝑmissaꝫ rõnẽ. Et p̊ repetit eã magis ipsaꝫ explanãs. Scd̃o soluit eã ibi[Nos aũt dicimus.] Dicit ergo p̊ ꝙ q꞉ nõ dicimus eẽ vacuũ neq̃ꝫ in corporib⁹ neq̃ꝫ extra: opꝫ soluere q̃ ab alijs iducũẽ: q꞉ vere igerũt dubitationẽ. Et p̊ ex p̄te motus localis: q꞉ aut nõ erit oĩno motus: nisi sit raritas ⁊ dẽsitas quã nõ itelligebãt fieri nisi p̄ vacuũ: aut oportebit dicere ꝙ ad motũ cuiuslibet corpis ẽt ip̄m celũ l sursũ ĩferaẽ: vel aliq̃ pars ei⁹: qd̃ vocat turbationẽ celi. Aut iterꝫ ex p̄te generatiõis ⁊ corruptiõis oportebit ꝙ semp̄ eq̃lis aq̃ fiat ex aere: ⁊ alibi aer ex aq̃: q꞉ cũ plus ex aere generẽ q̃ ex aq̃: necesse est vt fiat ꝯdẽsatio. quaꝫ nõ credebãt posse fieri sine vacuo: aut ꝙ corpus qd̃ habeẽ vltimũ ẽm cõem opiõnẽ sciꝫ corpus celeste: depellaẽ per exuberãtiã iferio͡r corpo͡r: aut ꝙ alibi in quocũq̃ꝫ loco tãtũdẽ de aere ꝯuertat in aquã: ad h̃ ꝙ totũ corp⁹ vniuersi inueniaẽ semp̄ eq̃le. Sed q꞉ ad h̃ qd̃ dixerat de motu locali possit quodãmõ obuiari: iterꝫ repetit: vt excludat illud: ⁊ dicit ꝙ aut seq̄ẽ ꝙ nihil moueaẽ: q꞉ ẽꝫ p̄dcã: tumultuatio celi accidet quocũq̃ꝫ trãsmutato. Sed h̃ est verꝫ: nisi itelligaẽ mot⁹ fieri circulariter: vtputa ꝙ. a. moueaẽ ad locũ. b. ⁊ b. ad locũ. c. ⁊ c. ad locũ. d. ⁊ iterꝫ. d. ad locũ. a. sic eni nõ oportebit posita circulari latione ꝙ vno moto totũ vniuersũ turbeẽ. ſꝫ nos nõ videm⁹ ꝙ oĩs loci mutatio corpo͡r nãliũ sit i circulũ: ſꝫ multe sũt in rectũ. vñ adhuc sequeẽ tumultuatio celi nisi ponaẽ ꝯdẽsatio ⁊ vacuũ. Hec igiẽ est rõ pp̄ quã aliq̄ ponebãt eẽ vacuũ. ℂ 2ᵒ ibi.

ℂ Nos aũt ex hisce q̃ iã ꝯcessa sũt dicim⁹ mãm vnam esse ꝯtrario͡r: caliditatis inq̃ atq̃ꝫ frigiditatis ⁊ ceterarꝫ nãliũ cõtrarietatũ: ⁊ ex ente potẽtia ens actu fieri. Atq̃ꝫ nõ esse q̃dẽ ipsam mãm separabilem: rõne ꝟo esse diuersam. Et vnam numero coloris si forte fuerit: ⁊ caliditatis atq̃ꝫ frigiditatis.

ℂ Nos aũt dicim⁹ ex subiectis: qm̃ ẽ mã vna cõtrario͡r ⁊ calidi ⁊ frigidi ⁊ alia͡r physica͡r ꝯtrarietatũ. Et ex eo qd̃ potẽtia ẽ: actu ens fit. Et nõ separabilis q̃dẽ mã est: eẽ aũt alterꝫ ẽ. Et vna q̃dẽ numero: ⁊ si ꝯtingat coloris: calidi ⁊ frigidi. T.c.84.

ℂ Soluit ꝑmissã rõnẽ. Tota aũt vis ꝑmisse rõnis in h̃ cõsistit ꝙ rarefactio ⁊ ꝯdensatio fiat per vacuũ. Uñ obuiat Aris. ostendẽs ꝙ ꝯtingit rarefieri ⁊ ꝯdensari sine vacuo. Et p̊mo ostẽdit ꝓpositũ. Scd̃o iducit ꝯclusionẽ p̄ncipaliter intẽtã. ibi[Ex dictis igiẽ manifestũ est.] Circa p̊ᵐ tria facit. P̊rio manifestat ꝓpositũ p̄ rõnẽ. Scd̃o per exẽpla. ibi[Sicut igiẽ ex frigido ⁊ calido.] Tertio p̄ effectus rari ⁊ dẽsi. ibi[Est aũt dẽsũ q̃dẽ.] Circa p̊mũ duo facit. P̊rimo ꝑmittit q̃dã necessaria ad ꝓpositũ. Scd̃o p̄bat ꝓpositũ. ibi[Est igiẽ ⁊ corporis.] Premittit aũt quattuor que accipit ex subiectis. i. ex his que supponunẽ in scia nãli. ⁊ supra etiã manifestata sunt in p̊mo huius libri. Primũ ẽ ꝙ vna ẽ mã cõtrario͡r vt calidi ⁊ frigidi: vel cuiuscunq̃ꝫ alterius ꝯtrarietatis. ꝯtraria eni nata sunt fieri circa idẽ. Secundũ est ꝙ omne quod est in actu: necessario fit ex eo qd̃ est in potentia. Tertiũ est ꝙ materia nõ est separabilis a contrarijs: ita vt sit absq̃ꝫ eis. sed tñ ẽm rõneꝫ mã est aliud a cõtrarijs. Quartũ est ꝙ materia per hoc quod nunc est sub vno contrario ⁊ postea sub alio: non est alia ⁊ alia: sed eadem numero. ℂ Secundo ibi.

Motiuũ antiquo͡r

Lec.13.t.com.67.70 ac per totum. Lec.14.t.cõ.78. Lec.12.t.cõ.62. Lec.12.t.cõ.60.

ℂ Et corpis itẽ mãꝫ eadẽ magni: ac parui: qd̃ q̃dẽ ex eo mãifestũ pꝫ. Nã si fact⁹ est aer ex aq̃: eadẽ mã fcã est aer: nulla re isup̄ alia assũpta. Sꝫ qd̃ erat potẽtia: id tãdẽ factũ ẽ actu. Et rursus sili mõ si orta est ex aere aq̃. Eadẽ nãq̃ꝫ mã nũc i magnã ex parua: nũc in paruã ex magna vertiẽ molẽ. Simili igiẽ mõ: si ⁊ aer ex maiore stringiẽ in minorẽ: ⁊ ex minore rursus in maiorem extenditur molem: materia ipsa que est ambo potentia fit vicissim vtrunq̃ꝫ.

ℂ Est igitur ⁊ corporis materia ⁊ magni ⁊ parui eadem. Manifestum est aũt hoc. Cum eniꝫ ex aqua aer fiat: eadem materia non accipiens aliud aliq̃d facta est. Sed qd̃ erat potẽtia: actu facta est: ⁊ iterꝫ aqua ex aere similiter: aliquãdo

quidē in magnitudinē ex paruitate: aliquādo in paruitatē ex magnitudine. Similiter aūt ⁊ cum multus aer existens: in minori fit mole: ⁊ ex minori maior: potentia cū sit: fit materia vtraq̄z.

Eadē est mā ɔtrarioꝝ ¶ Ex p̄missis ondit ꝓpositū in hūc modū. Eadē numero est mā ɔtrarioꝝ: magnū aūt ⁊ paruū sūt ɔ̄ria circa q̄titatē: ḡ eadē numero est mā magni ⁊ parui. Et h̄ manifestū est i trāsmutatione subali. Cū eni generaṫ aer ex aq̄: eadē mā que pri⁹ erat sub aq̄: facta est sub aere: nō accipiendo aliqd qḋ prius nō haberet: sed illud qḋ p̄us erat in potentia ⁊ in mā: reductū est in actū. Et silr est cū econuerso ex aere generaṫ aq̄: sed h̄ iterest ꝙ cū ex aq̄ generaṫ aer: fit mutatio ex paruo in magnū: q̄ꝛ maior est q̄titas aeris generati q̄̄ aque ex qua generaṫ: cū aūt ex aere fit aqua: fit ecōuerso trāsmutatio a magnitudine in paruitatē. Ergo ⁊ cū aer multus existens reduciṫ ad minorē quātitatē ꝑ ɔdēsationē vel ex minori in maiorē per rarefactionē: eadē mā est que fit vtrūq̄z in actu scilz magnū ⁊ paruū: p̄us existēs ad hec i potētia. Nō ḡ ɔdēsatio fit per h̄ ꝙ alique alie ꝑtes subitrādo adueniāt. vl̄ rarefactio ꝑ h̄ ꝙ ꝑtes ibe rētes extrahenṫ: vt existimāt ponētes vacuū iter corpora sed ꝑ h̄ ꝙ mā earūdē partiū accipit nūc maiorē nūc minorem quātitatē. vt sic rarefieri nihil aliud sit q̄̄ mām recipere maiores dimensiones ꝑ reductionē de potentia in actū: ɔdensari aūt ecōuerso. Sicut aūt mā est in potentia ad determinatas formas: ita etiā est in potentia ad determinatā quātitatē. vn̄ rarefactio ⁊ ɔdēsatio nō ꝓcedit in rebus naturalibus in infinitum. ¶ Secundo ibi.

¶ Nā vt ex frigido calidū eadē ⁊ ex calido frigidū fit: q̄ꝛ potētia erat ambo: sic ⁊ ex calo fit magis calidūz: nulla ꝓrsus ipsi⁹ ꝑte tūc emergēte calida q̄ non erat antea calida cū calida min⁹ erat. Quēadmodū neq̄z circūferētia circuli in minoris ambitū est redacta: siue sit eadē siue sit alia: pars ipsi⁹ nulla facta ē curua q̄ nō erat antea curua sed recta. Nō.n. ex eo q̄ppiam min⁹ aut magis ē tale q̄ꝛ id itermittiṫ quo minus aut magis dī tale. Neq̄z fit vt flāme pars vlla sumaṫ in qua caliditas albedoq̄z non sit. Quare ⁊ ipsa moles sensibilis nō ideo extēditur aut ɔstringiṫ q̄ꝛ materies aliquid insuper accipit aut abijcit: sed q̄ꝛ ipsa materies vtrūq̄z subire potest. Quo fit: vt idē sit rarum ⁊ densum: ⁊ vtriusq̄z materies vna.

¶ Sicut eni ex frigido fit calidū: ⁊ ex calido frigidū: q̄ꝛ eadē est q̄ erat potētia: sic ex calido: magis calidū: nullo facto in mā calido qḋ nō eēt calidū: qn̄ erat min⁹ calidū. Sicut q̄dem nec maioris circuli circulatio ⁊ ɔuexitas: si fiat minoris circuli eadē cū sit aut alia: in nullo alio factus est ambitus: qḋ nō esset ambitus: sed rectum. Nō eni deficiēdo minus aut maius est. Neq̄z enim scintille est accipe aliq̄̄ magnitudinē in qua non ⁊ caliditas ⁊ albedo iest. Sic igiṫ ⁊ prior calor posteriori. Quare ⁊ magnitudo ⁊ paruitas sensibilis corporis nō accipiēte aliqd mā extendiṫ: sed quia potētia est materia vtriusq̄z. Itaq̄z idē est densum ⁊ rarū: ⁊ vna mā ipsorum.

¶ Mātfestat idē ꝑ exēpla. Et q̄ꝛ rarefactio ⁊ ɔdēsatio ꝑtinet ad motū alteratiōis ponit exēplū de alya alterationi b⁹: ⁊ dicit: ꝙ sicut eadez mā mutaṫ ex frigido in calidū: ⁊ ex calido in frigidū ꝓꝑ h̄ ꝙ vtrūq̄z eoꝝ erat in potētia in mā: sic etiā ⁊ aliqd fit magis calidū nō ꝓꝑ h̄ ꝙ aliq̄ pars materie fiat calida: q̄ p̄us nō erat calida cū eēt minus calidū: sed q̄ꝛ tota mā reduciṫ in actu magis vel min⁹ calidi. Aliud exēplū ponit de q̄litate circa q̄titatē: ⁊ dicit ꝙ si circūferētia ⁊ ɔuexitas maioris circuli restrigaṫ ad minorē circulū: manifestū ē ꝙ fit magis curuū nō tn̄ ista rōne: ꝙ ambit⁹ .i. circularitas facta sit in aliq̄ ꝑte q̄ p̄mo nō fuisset curuata sed recta: sed ꝑ h̄ ꝙ idez ipm qḋ p̄us erat minus curuatū: magis curuaṫ: nō .n. i huiꝰ alteratiōibus fit aliqd magis vel min⁹ deficiēdo .i. ꝑ subtractionē: neq̄z ēt ꝑ additionē: sz ꝑ vni⁹ ⁊ eiusdē trāsmutationē de ꝑfecto ad iperfectū aut ecōuerso: ⁊ h̄ pz ꝑ h̄ ꝙ in eo qḋ ē simplr ⁊ vniformiter aliq̄le nō ē iuenire aliquā ꝑtē q̄ sit sine tali q̄litate: sicut nō ē accipe in scintilla ignis aliquā partē: in qua nō sit caliditas: ⁊ albedo idest claritas. Sic igiṫ ⁊ prior calor aduenit posteriori nō ꝑ h̄ ꝙ aliq̄ pars que nō erat calida sit facta calida: sed ꝑ h̄ ꝙ illud qḋ erat minus calidū: fit magis calidū. Vn̄ ⁊ magnitudo ⁊ paruitas sensibilis corporis nō extēdiṫ vel ampliaṫ in rarefactione ⁊ ɔdēsatiōe ꝑ h̄ ꝙ mā aliqd supadditū accipiat: sz q̄ꝛ mā q̄ pri⁹ erat in potētia ad magnū ⁊ paruū: trāsmutaṫ de vno in alteꝝ. ⁊ iō rarū ⁊ densuz nō fit ꝑ additionē partiū subintrātiū vel per subtractionē earūdez: sed per hoc ꝙ vna est materia rari ⁊ densi. ¶ Tertio ibi.

¶ At q̄ dēsū q̄dē ē graue: raꝝ aūt leue. Ampli⁹ sicut circuli circulatio ɔducta in min⁹ nō accepit aliud cōcauū: sz qḋ erat iuctū: sic ⁊ ignis. Quia si aliqs accipiat oē calidū ē. Sic ⁊ oē ɔductione ⁊ distētiōe eiusdē māe. Duo nāq̄z comitāṫ vtrūq̄z: graue eni ⁊ durū dēsa eē videnṫ: leue vo ac molle rara. Verū in plūbo ac ferro: graue durumq̄z discrepant.

¶ Est aūt dēsum quidē graue: raꝝ aūt leue. Amplius sicut circuli circulatio ɔducta in minus nō aliud accipit cōcauū: sed quod erat: ɔductū est. Sic ⁊ ignis: ꝙ cū aliqs accipiat: omne calidūz est. Sic ⁊ oē conductione ⁊ distensione eiusdē materie. Duo enim sunt ab vtroq̄z denso ⁊ raro. Graue eni ⁊ durū densa videntur esse: ⁊ cōtraria rara leue ⁊ molle. Dissonat autem graue ⁊ durum in plumbo ⁊ ferro. Lc. 18.

¶ Manifestat ꝓpositū ꝑ effectus rari ⁊ dēsi. ex dr̄ia .n. raritatis ⁊ dēsitatis: sequiṫ dr̄ia aliaꝝ q̄litatū .s. grauis ⁊ leuis: duri ⁊ mollis. ⁊ sic pz ꝙ raꝝ ⁊ dēsuz diuersificāt q̄litates ⁊ nō q̄titates. Dicit ergo ꝙ ad raritatē seq̄ṫ leuitas: ⁊ ad dēsitatē sequiṫ grauitas. ⁊ h̄ rōnabiliter. q̄ꝛ raꝝ ē ex h̄ ꝙ mā recipit maiores dimēsiōes. ⁊ sic si accipiāṫ diuersa corꝑa eq̄lis q̄titatis: vnū raꝝ: ⁊ aliō dēsū: dēsū hz plus de mā. Dcm̄ est aūt supra in tractatu de loco: ꝙ corpus cōtētū cōparaṫ ad ɔtinēs sicut mā ad formā: ⁊ sic graue qḋ tēdit versus mediū ɔtētū: rōnabiliter ē magis dēsuz habēs plus ð mā. Sic ḡ circūferētia circuli maioris reducta ad minorē circulū nō recipit ɔcauitatē i aliq̄ sui ꝑte in q̄ nō erat p̄us: sed qḋ prius erat ɔcauū reduciṫ ad maiorē ɔcauitatē: ⁊ sicut quācūq̄z ꝑtē ignis aliqs receperit est calida ita ⁊ totū corpus fit raꝝ ⁊ dēsū ɔductione .i. ɔtractione ⁊ distensione vnius ⁊ eiusdem materie: sm̄ ꝙ mouetur ad maiorē vel minorē dimensionē. Et hoc pz per hec que sequuntur ex raro ⁊ denso que sunt qualitates. Nam ad dēsum sequitur graue ⁊ duruz. Et de graui quidē ratio assignata est. De duro aūt rō manifesta est: q̄ꝛ duruz diciṫ qḋ magis resistit pulsui vel diuisioni. qḋ aūt hz plus de mā minus est diuisibile. q̄ꝛ min⁹ obedit agēti: ꝓpter h̄ ꝙ est magis remotū ab actu. Ecōuerso aūt ad rarum sequiṫ le

Cur ad raritatē leuitas ⁊ ad dēsitatē grauitas seq̄. Lc. 8. cō. 44.

[illegible] rum.

ue τ molle. Sed graue τ durũ in aliquibus dissonãt: sicut in ferro τ plũbo. nã plũbũ est grauiꝰ: sed ferrum est durius. Et huius ratio est: qꝛ plumbũ habet plus de terrestri: sed id quod est aque in eo est imperfectius congelatum τ digestum. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Ex his igiť que dicta sũt pꝫ: neqꝫ separatũ: aut simpliciter: aut in raro: neqꝫ potẽtia vacuũ esse: nisi quispiã voluerit oino vacuũ id appellare qḋ est cã lationis. Hoc autẽ pacto grauis ipsius leuisqꝫ materies vt est talis: vacuum erit. Rarũ enim ac densum ac quidem contrarietate lationis sunt effectiua. Rõne vero duri mollisue cã sunt facilis difficilisue passionis: τ non lationis: sed potius alterationis. Sed de vacuo quidem quo pacto est: τ quo pacto non est in rõne rerum hoc sit modo determinatum.

T.c.84. ℭ Ex dictis igiť manifestũ est: ꝙ nec discretũ est vacuũ: nec simplr̃: nec in raro: nec potentia: nisi aliqs velit penitꝰ vocare vacuũ cãm illiꝰ qḋ fertur. Sic aũt qua grauis est aut leuis mã que huiusmodi: erit vacuũ. Dẽsũ eni τ rarũ ſm hanc ꝯtrarietatẽ motus actiua sũt. Scḋm autẽ durũ τ molle passionis τ non passionis receptiua: τ non loci mutationis: sed alterationis magis. Et de vacuo quidem quomodo est: τ quomodo non est: determinatum sit hoc modo.

ℭ Cõcludit ꝑncipale ꝓpositũ: τ dicit manifestũ esse ex dictis ꝙ nõ est vacuũ aliqḋ spatiũ sepatũ: neqꝫ simplr̃ ē extra corpꝰ extrinsecus: neqꝫ extrĩs in raro: sꝫ aliq̃ foramĩa vacua: neqꝫ ẽt extrĩs est in potẽtia in corpe raro: sꝫ illos q nõ ponebãt vacuũ: qḋ est in corporibꝰ sepatũ a pleno. Et sic nullo mõ est vacuũ: nisi aliqs velit penitus vocare vacuũ mãꝫ: que quodãmõ est cã grauitatis τ leuitatis: τ sic est cã motꝰ. Dẽsum eni τ rarũ sũt cã motus ſm ꝯtrietatem grauis τ leuis: sed ſm ꝯtrarietatẽ duri τ mollis sũt cã passibile τ ĩpassibile. vt dcm̃ est. sed hoc non ptinet ad loci mutationẽ: sed magis ad alterationẽ. Et sic cõcludit determinatũ eẽ de vacuo qũo sit: τ qũo non sit.

LEC. XV.

ℭ Post hec aũt ꝯñs ē de tpe tractare. Atqꝫ ꝑmo qdẽ dubitãdũ ē d̃ tpo: τ ꝑ rõnes exteras: si sit ĩ rõne rerũ: necne. Deide ꝯtẽplãdũ ē: q̃nã sit ipsiꝰ tãdẽ natura.

T.c.87. Consequẽs aũt dictis ē aggredi de tpe. Primũ aũt bene se hꝫ opponẽ de tpo: τ ꝑ extraneas rõnes: vtrũ sit eorũ q̃ sũt: aut nõ entium: postea q̃ nã ipsius.

Postq̃ determinauit de loco τ vacuo nũc determinat de tpe. Et ꝑ̃ dicit de quo est itẽtio: τ quo ordine ꝓcedẽdũ sit. Scḋo ꝓsequiť ꝓpositũ ibi [Qḋ qdẽ igiť.] Dicit ergo primo: ꝙ ꝯñs est ad predicta aggredi de tẽpore. in quo designat difficultatẽ ꝯsiderationis. τ sicut de premissis ita τ de tpe: ꝑmo opꝫ opponẽdo ꝓcedere [ꝑ rõnes extraneas] .i. ab alijs positas vel sophisticas. vtrũ s. sit tẽpus vel nõ: τ si est: que est nã eius. ℭ Scḋo ibi.

ℭ Ex his itaqꝫ tẽpus nõ eẽ penitꝰ: aut vix eẽ: exigue quispiã suspicabiť. Nam aliud ipsius fuit: atqꝫ nõ est: aliud est futurũ: τ nõdum est. Ex hisce aũt ꝯstat τ infinitũ: τ qḋ semꝑ accipiť tẽpus. At hoc ĩ rõne rerũ eẽ. qḋ ex hisce que nõ sũt ꝯstat: ĩpossibile esse videtur.

T.c.88. ℭ Quod qdẽ igiť omnino nõ sit: aut vix aut obscure: ex his aliqs vtiqꝫ ꝯcipiet. Hoc qdẽ .n. parꝰ factũ est: τ nõ: τ nõ est: illud vero futurũ: τ nõdũ est. Ex his aũt τ infinitũ τ semꝑ acceptũ tẽpus cõponiť. Ex his aũt que nõ sũt cõpositũ: ĩpossibile eẽ videť participare aliquã substantiam.

ℭ Prosequiť de tẽpore: τ ꝑmo opponẽdo: scḋo determinãdo vitatẽ ibi [Accipiẽdũ aũt.] Circa primũ duo facit. ꝑmo opponẽdo inquirit an tẽpus sit: scḋo qd sit. ibi [Quid aũt sit tẽpus.] Circa ꝑmũ duo facit. Pꝛio põit duas rõnes ad ostẽdẽdũ tẽpus nõ esse. 2º inqrit de nũc. vtrũ sit vnũ nũc in toto tpe: vel plura ibi [Amplius aũt ipsius nũc.] Dicit ꝰ ꝑmo ꝙ ex istis duabꝰ rõnibus põt aliqs ꝯcipere vel ꝙ tẽpus oino nõ sit. vel ꝙ sit aliqd qḋ vix τ obscure percipi possit. Pꝛia ergo rõ est talis. Omne cõpositũ ex his que nõ sunt ĩpossibile est eẽ vel habere aliquã substãtiã. Sed tẽpus cõponiť ex his que nõ sunt: qꝛ tẽporis est aliqd ꝑteritũ: τ iã nõ est: aliud est futurũ: τ nõdũ est: τ ex his duobꝰ cõponiť totũ tẽpus ĩfinitũ τ ꝑpetuũ positũ. ergo impossibile est tẽpus aliqd eẽ. ℭ Scḋam rõnem ponit ibi. Q̃ tẽpus nihil sit vel saltẽ qd ĩmanifestũ. duplici rõne probať.

ℭ Preterea partibilis ois rei si sit: necesse ē cũ est: aut oẽs ꝑtes: aut nõnullas eẽ. At tpis: qḋ qdẽ esse partibile cõstat: alie ꝑtes transacte: alie future sunt: nullaqꝫ penitus adest. Ipm aũt nũc ꝑtẽ nõ eẽ cõstat: ꝑs nãqꝫ metiť: at ipm nũc nõ metiť. Ex ꝑtibꝰ ꝑterea cõstet totũ opꝫ. At tp̃s ex ipsis nũc nõ videť constare.

ℭ Adhuc aũt ois diuisibilis siqdẽ ē. necẽ ē cũ ē: aut oẽs aut q̃sdã ꝑtes eẽ. Tpis aũt alie fcẽ: alie vero future sũt. Est aũt nihil cũ sit diuisibile. Ipm aũt nũc nõ ē pars. Mẽsurat .n. ꝑs: τ cõponi opꝫ totũ ex ꝑtibꝰ. Tẽpus aũt nõ videť cõponi ex nũc. T.c.89.

ℭ Que talis est. Cuiuslibet diuisibilis existẽtis necẽ ē dũ est aliquã partẽ eẽ vel aliquas: sed tẽpus nõ est huiusmodi: qꝛ q̃dã tpis ꝑtes sũt ꝑterite: alie vero sunt future: τ nihil tpis qḋ sit diuisibile est in actu. Ipm vero nũc qḋ ē in actu nõ est pars tpis: qꝛ pars ē q̃ mẽsurat totũ: vt binariꝰ senariũ. vel saltẽ ex q̃ cõponiť totũ sicut q̃ternarius est pars senarij nõ mẽsurãs ipm: sed qꝛ ex ipso τ binario cõponiť senarius: tẽpus aũt nõ cõponiť ex ipsis nũc. vt infra ꝓbabitur tẽpus igitur nõ est aliquid. ℭ Deinde cum dicit. Lec. 18. cõ. 102.

ℭ Insuper ipm nũc qḋ ꝑteritũ distinguere futurũqꝫ videť: vtrũ vnum idẽqꝫ semꝑ ꝑmaneat: an aliud sit atqꝫ aliud: non discerni facile põt.

ℭ Amplius aũt ipsum nũc qḋ videť determinare preteritũ τ futurũ. vtrũ vnũ τ idẽ semꝑ ꝑmanet: aut aliud τ aliud: nõ facile est scire. T.c.90.

ℭ Inquirit vtrũ sit idẽ nũc in toto tẽpore. τ circa hoc tria facit. Pꝛio mouet questionẽ. Secũdo obijcit ad vnã partem ibi [Siqdẽ eni semꝑ.] Tertio ad alterã ibi [At vero neqꝫ nũc.] Dicit ꝰ primo ꝙ non est facile scire vtrũ nunc qḋ videť distinguere inter ꝑteritũ τ futurũ semꝑ maneat idẽ in toto tẽpore: an sit aliud τ aliud. ℭ Scḋo ibi.

ℭ Nã si sit aliud atqꝫ aliud semꝑ cũ plr̃es ꝑtes tpis nulle siṫ: nisi altera ꝯtineať ab altera ꝑinde atqꝫ minꝰ a maiore tpe ꝯtineť: atqꝫ id qḋ nũc qdẽ nõ ē: antea vero fuit necẽ sit aliqñ eẽ corruptũ: ipsa nũc ꝑfecto simul nõ erũt. Prius aũt semꝑ corruptũ eẽ necesse est. In seipso igiť corruptũ eẽ nõ põt: ꝓpterea qḋ tũc ē. In alio vero nũc: qui fieri põt vt sit corruptũ. Sit eni hoc impossibile ipsa nũc sibi herere: vt puncto punctum. Si igiť non in eo qḋ est deinceps corruptum est: sed in alio: in ipsis profecto nunc medijs simul erit: que

quidem sunt infinita. At fieri nequit.

C Siquidē eni nūc semꝑ alteꝝ ⁊ alteꝝ: nulla aūt eoꝝ que sunt in tēpore: alia ⁊ alia pars simul est que nō ꝯtineat: alia vō ꝯtineaᷣ: sicut minus tēpus subest sub pluri. Ipm nūc qđ nō est: prius aūt nō fuit: necesse est corrūpi aliqñ: qꝛ ipsa qdē nūc simul adinuicē nō erūt. Corruptū aūt esse necesse est prius. In eodē qdē igiᷣ corruptū eē impossibile ē: ꝓpter hꝯ qđ tūc est. In alio aūt nunc corrūpi prius nūc nō ꝯtingit. Sic eni impoīe ē habita esse inuicez ipsa nūc: vt punctū cū pūcto. Siquidē igitur in eo qđ ꝯsequēter est nō corrūpiᷣ: sed in alio: in medijs nūc que sunt infinita simul erit. Hoc autem impossibile est.

C Ostēdit ꝙ nō sit aliud ⁊ aliud nunc tali rōne. Due ptes tēporis q̄ sūt alie adinuicē nō possunt simul esse: nisi vna ꝯtineat aliā: sicut maiᵘˢ tēpus ꝯtinet minus: vt annus mēsem: mensis diē. simul eni est ⁊ dies ⁊ mensis ⁊ annus: sed vnū nūc cū idiuisibile sit nō ꝯtinet alteꝝ. Si ergo est accipere in tēpore duo nūc: necesse est ꝙ illud nūc qđ modo est ⁊ prius nō fuit: aliqñ corrūpaᷣ: ⁊ ꝙ nunq̄ꝫ duo nūc sint simul. Omne aūt corruptū necesse est i aliquo nūc corrūpi. Nō aūt pōt dici ꝙ prius nūc sit corruptū in ipso nunc priori: qꝛ nūc erat ipsum nūc: ⁊ nihil corrūpiᷣ dū est. Siliᷣ ēt nō pōt dici ꝙ prius nūc corrūpaᷣ in posteriori: qꝛ impossibile est sic se habere duo nūc adinuicē ꝙ sint habita i. imediate ꝯsequētia se: sicut etiā impossibile est de duo-
T.4.t.c.6. bus punctis. ⁊ hoc nunc supponaᷣ: qꝛ in sexto probabitur. Sic igiᷣ inter quelibet duo nūc sunt īfinita nūc. Si ergo prius nūc corrūpaᷣ in aliq̄ posteriori nūc: sequiᷣ ꝙ illud nūc qđ est ante: siᷣ sit cū oībus alijs nūc intermedijs: qđ ē impossibile. vt dictuꝫ est. Impossibile est igitur esse aliud ⁊ aliud nunc. C Tertio ibi.

C At vō neqꝫ idē semꝑ ꝑmanere pōt. Nullius eni diuisibilis finiti finis ē vnᵘˢ: siue ad vnū siue ad plura cōtinuū sit. At ipꝫ nūc finis ē: tēpusqꝫ sumi finitū pōt.

T.c.91. C At vō neqꝫ nūc semꝑ manere idē possibile ē. Nullius eni diuisibilis finiti vnus terminus ē: nec si in vno sit ꝯtinuū: nec si in plura. Ipm aūt nūc terminus est: ⁊ tēpus est accipere finitum.

C Ostēdit ꝙ nō possit eē vnū ⁊ idē nūc duabus rōnibus. Quarū prima talis est. Nullius diuisibilis finiti pōt esse vnus terminus tm̄: neqꝫ si sit cōtinuum ꝓm vnā dimensionē vt linea: neqꝫ si ꝓꝫ plures vt sūꝑficies ⁊ corpus. Nā vnius linee finite termini sunt duo puncta: ⁊ superficiei plures linee: ⁊ corꝑis plures sūꝑficies. Sꝫ ipsum nūc ē terminus tēporis. Cū igiᷣ sit accipe aliqđ tēpus finitum necesse est ponere plura nūc. C Scđam rōnem ponit ibi.

C Preterea cū siᷣ eē tpe: ⁊ neqꝫ ꝑus neqꝫ posteriᵘˢ nihil aliđ sit q̄ꝫ in eodē nūc eē: si ꝑora posteriora⁊ que i hꝯ nūc sūt: eaꝓfecto que ante cēties cētenos annos sūt fcā: siᷣ cū his erūt q̄ hodierno die ꝯficiāᷣ: ⁊ neqꝫ ꝑus q̄q̄ꝫ alio neqꝫ posterius erit. De his igiᷣ q̄ isunt tpi tot sint dubitata.

T.c.92. C Amplius si simul eē ꝓm tēpus ⁊ nec priᵘˢ nec posterius in eodē eē: ⁊ in ipso nūc est: simul sūt que in annū sunt millesimū: his q̄ sūt hodie: nec prius nec posterius nihil aliud alio. C De his q
T.c.93. dem igitur que isunt ipsi: tot opposita sint.

C Illa dicūtur eē siᷣ ꝓm tēpus ⁊ nec prius nec posteriᵘˢ q̄ sūt in eodē nūc. Si ergo est idē nūc permanēs in toto tēpore sequitur ꝙ illa que fuerūt ante mille annos sint simul cū his q̄ sūt hodie. Ultima aūt epilogando ꝯcludit tot eē opposita de ipsis nūc q̄ sūt in tpe. LEC. XVI.

C Sed qdnā sit tēpus: ⁊ que sit ipsiᵘˢ nā siᷣr est obscurū: ⁊ ex his que a maioribᵘˢ nostris tradita sunt: ⁊ ex his q̄ nuꝑ a nobis sūt dicta. Quidā .n. vniuersi motū: qdā speꝛa ipsā tꝑs eē dixerūt. Quoꝝ neutrū veꝝ ē.

Quid autem tempus: ⁊ que ipsius natura similiter ⁊ ex traditis immanifestum est: ⁊ de quibus attingimus aduenientes prius. Quidam eniꝫ totius quidem motū dicūt. Alij aūt ipsam speram.

Postq̄ꝫ ingsiuit an tēpus sit. Hic disputatiue ingrit qd sit. Et ꝑ iprobat pōnes alioꝝ. Secundo ingrit quō se hēt ad motuꝫ qui tēpori ꝓpinquissimus videᷣ. ibi Quoniā aūt videᷣ maxie. Circa ꝑmū duo facit. Prīo ponit opiones. Scđo improbat eas ibi Quāuis circulatiōis. Dicit ergo ꝑ. ꝙ qd sit tēpus: ⁊ qd sit nā eius nō pōt esse manifestū ex his q̄ tradita erāt de tpe ab antiquoribus: neqꝫ per aliq̄ qbus attingi possit qd ipsi circa hꝯ determinauerint. Quidā enim dixerunt ꝙ tēpus est motus celi. Quidā vō ꝙ est ipsa spera celestis. C Secūdo ibi. Opiniones antiquoꝝ de tēpore

C Eteni ꝯuersiōis ꝑs: tēpus est quoddā. Cōuersio vō nō ē. Pars .n. ꝯuersiōis ē id qđ sūptū est: nō ꝯuersio.

C Quāuis circulationis ⁊ pars tempus quoddam est: circulatio autem non est. Pars enim circulatiōis est que accipitur: sed nō circulatio.

C Improbat positas opiones. ⁊ ꝑ ꝑmā. 2ᵒ scđam ibi Totiᵘˢ aūt spera. Circa ꝑᵐ ponit duas rōnes. Quarū ꝑᵃ talis ē. Si circulatio est tēpᵘˢ opꝫ ꝙ ꝑs circulatiōis sit circulatio: qꝛ ꝑs tpis tēpus est: sꝫ ꝑs circulatiōis nō est circulatio. g tēpus nō est circulatio. C Scđam rōnem ponit ibi.

C Preterea si plures eēnt celi motus: vniuscuiusqꝫ similiter tēpus eēt. Quare plura tēpora simul essent.

C Ampliᵘˢ aūt si plures eēnt celi: siᷣr eēt tēpus cuiuslibet ipsoꝝ motus. Quare multa tpa simul. T.c.94.

C Que talis est. Motus multiplicaᷣ ꝓm multitudinē mobiliū. Si ergo plures eēnt celi: plures essent circulationes eoꝝ. ⁊ sic si circulatio sit tēpus seq̄reᷣ ꝙ essent multa tēpora simul: qđ est ipossibile. non .n. est accipere duas ꝑtes tēporis siᷣ nisi vna ꝯtineat aliā: vt supra dictuꝫ est. Mouebanᷣ tn̄ hi ad ponēdū tēpus esse circulationē: qꝛ videbant tēpora circulo quodā reiterari. C Deinde cū dicit.

C Sperā aūt vniuersi qdā iđ tēpus eē putarūt qꝛ ⁊ in tpe ⁊ vniuersi spera sūt cūcta. Sꝫ hꝯ adeo stultū ē: vt sūꝑuacancū sit ea ipossibilia q̄ sequunᷣ considerare.

C Totius aūt spera visa est quidem dicentibus eē tempus: qꝛ in tempore omnia sunt ⁊ in totiᵘˢ spera. Est autem stultius quod dicitur q̄ꝫ ⁊ qđ est de hoc impossibilia considerare.

C Excludit scđam opionē: ⁊ dicit. Quibusdam visuꝫ est ꝙ spera celi eēt tēpus: per hoc ꝙ oīa sunt in tēpore: ⁊ etiam oīa sunt in spera totius: qꝛ celū ꝯtinet oīa. vnde concludere volebant ꝙ spera celi esset tēpus. In qua qdeꝫ rōne duplex erat defectus: qꝛ nō vniuoce dī esse aliqđ in tempore ⁊ in loco. Scđo qꝛ argumētabaᷣ in scđa figura ex duabᵘˢ affirmatiuis. ⁊ iđ dicit ꝙ ista positio est magis stulta q̄ꝫ ꝙ oporteat considerare impossibilia que ad ipsam cōsequāᷣ tur. Manifestū est eni ꝙ omnes partes spere sunt simul.

nō autem temporis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū vō mot⁹ qdā atq3 mutatio quedā tēpus eē maxime videat: id si sit ɔsiderem⁹ op3. Mutatio igit motusue in ipō ē qd mutat dūtaxat: aut vbi id ē qd mouet atq3 mutat. At tēpus vbiq3 est eque: τ apd oīa.

T.c.95. ¶ Quoniā aūt videt maxime motus esse τ mutatio quedam tempus: hoc considerandum est. Uniuscuiusq3 quidez igitur mutatio τ motus in ipso propter alterationem τ augmentuz mutatio est solum: aut vbi fortasse est ipsum quod mouetur τ transmutatur. Tempus autez simi liter τ vbiq3 τ apud omnia est.

Q tēpus nō sit motus duplex ratio. ¶ Inquirit quō se hz tēpus ad motū. Et p̄ ondit φ tēpus nō ē mot⁹. 2° φ nō est sine motu. ibi[At vō neq3 sine motu τc.] Circa p^m ponit duas rōnes ad ondēdū φ tēpus nō sit mot⁹ aut mutatio φ posset maxīe videri. Prīo qr oīs mot⁹ τ mutatio vel est solū in ipso transmutato: vel ēt in loco vbi ē trāsmutatū τ transmutāt: quoꝝ p̄mū dicit pp motū in subā τ q̄litate τ q̄titate. Scōm aūt dicit pp motū in vbi: qui dr mot⁹ in loco. Sed tēpus est vbiq3 τ apud oīa. ergo tēpus nō est motus. ¶ Scdam rōnē ponit ibi.

¶ Preterea mutatio qdē oīs celerior ē atq3 tardior. At tēpus nō est. Tardū eni τ velox tpe est diffinitū. Nā id qdē est velox qd i breui tpe magnū: id aūt tardū qd in lōgo paruū spatium trāsit. At tēpus nec vt quātū qd est: nec vt q̄le tpe diffinit. Tempus igit nō eē motū satis iam patuit. At nihil impresentiarum interfit vtro nomine: motu an mutatione vtamur.

T.c.96. ¶ Amplius aūt mutatio quedez omnis velocior aut tardior est. Tempus aūt nō est. Tardū aūt τ velox tēpore determinant: velox quidē quod in pauco multuz mouet. Tardū aūt qd in multo paucū. Tempus aūt nō determinat tempore: neq3 quo quantuz aliquid est: neq3 quo quale.

T.c.97. ¶ Quod quidem igitur nō est motus: manifestum est. Nihil autem differat nobis dicere in presenti motum aut mutationem.

¶ Que talis est. Oīs mutatio τ mot⁹ est velox aut tardus: sed tēpus nō est hui⁹. ḡ tēpus non est motus vel mutatio. Mediā sic pbat. Tardū τ velox determinant ex tpe: qr velox dr qd mouet p multum spatiū in pauco tpe: tardū aūt qd ecōuerso p paucū spatiū in multo tpe; s3 tēpus nō determinat tpe: neq3 sm suā q̄titatē: neq3 sm q̄litatē: qr idē nō est mēsura suiipsius. ergo tēpus nō est velox neq3 tardus. Et qr pposuerat φ mutatio ē velox aut tarda nō facta mētione de motu: subiūgit φ q̄tū ad p̄sens nō differt dicere motum aut mutationē. In quinto enim ostendetur eoꝝ differentia. ¶ Deinde cum dicit.

Te. 2. l. c. 7. ac 8 seq.

¶ At vō nō sine mutatione tēpus eē videtur. Nā cū3 ipsi nihil mēte mutamur: aut non aiaduertimus nos eē mutatos: nō videt nobis tēpus fuisse. Queadmodū nec hisce qd ferūt in sarde apud heroas dormire cū fuerint expecti. Cōiungūt eni3 nūc ipsa: p̄us inq̄3 atq3 posterius: vnūq3 faciūt: mediū ob sensus occupationē tēpus excipiētes. Ut igit si nō aliō atq3 aliō sed vnū idēq3 nūc esset: tēpus sane nō eēt. Sic τ cu3 lateat aliud atq3 aliud eē: mediū ipm non esse tēpus videt. Qd si tūc sit: vt tēpus eē nō arbitremur cum nullā diffinim⁹ mutationē: sed in vno atq3 idiuisibili aīa manere videtur: cum vō senserimus diffinierimusq3 mutationē tūc tēpus fuisse dicim⁹: p3 pfecto sine motu mutatiōeue tēpus nō eē. Que cu3 ita sint: patet tēpus nec motū eē: nec esse etiam absq3 motu.

¶ At vō neq3 sine motu tempus est. Cu3 enim nihil ipsi mutamur sm intelligentiam: aut latet transmutantes: non videt nobis fieri tempus: sicut neq3 qui in sardo fabulātur dormire apud heroes: cū expergiscūtur. Copulāt enim nunc primum posteriori nunc: τ vnū faciunt: remouentes propter insensibilitatē medium. Tanq̄3 igit si non esset mediū nunc: sed idem τ vnū: nō esset tempus: sic τ quando latet alteru3 esse: nō videtur mediū esse tempus. Si igit nō opinari esse tempus tunc accidit nobis cum non diffinimus nec vnam mutationē sed in vno indiuisibili videt anima manere: cum aūt sentimus τ determinamus: tunc dicimus fieri tempus: manifestum est φ nō est sine motu neq3 mutatione tēpus. ¶ Qr igitur neq3 motus neq3 sine motu tēpus est manifestum est. T.c.98.

¶ Ostēdit φ tēpus non est sine motu: qr quādo hoīes non mutant sm suā apprehēsionē: aut si mutant tñ latet eos: tūc nō videt eis φ pertranseat aliquod tēpus. Sicut patet in his qui in sardo[que est ciuitas asie] dicuntur fabulose dormire apud heroes id est apud deos. Animas eni3 honoꝝ τ magnoꝝ: heroes vocabāt: τ quasi deos vocabāt: vt Herculis Bacchi τ similiū. Per incātationes eni3 aliquos aliqui insensibiles reddebant: quos dicebāt dormire apud heroes: qr excitati: quedā miracula se vidisse dicebant: τ futura quedam prenuntiabant. Tales autem redeuntes nō percipiebant tēpus quod preterierat: du3 ipsi sic absorpti erāt: qr illud instans p^m in quo dormire ceperāt copulabāt posteriori nūc: in quo excitabant: ac si eēnt vnū: mediū eni tēpus nō pcipiebāt. Sicut igit si nō eēt aliud τ aliud nūc sed idē τ vnū: nō esset tēpus mediū: sic τ quādo latet diuersitas duoꝝ nunc: nūc videtur tempus esse mediū. Si ergo tūc accidit nō opinari tēpus cum nō percipim⁹ aliquā mutationē: sed hoī videtur φ sit in vno indiuisibili nunc: tūc aūt percipimus fieri tēpus quando sentimus τ determinamus. i. numeramus motū aut mutationem: manifeste sequitur φ tempus nō sit sine motu neq3 sine mutatione. Ultimo ergo cōcludit φ tps nō sit motus: nec sit sine motu.

Q tēpus nō sit motu [illegible]

LEC. XVII.

¶ Quoniā aūt qdnā sit tēpus querimus. Sumamus oportet hinc ordiētes qdnā ipsi⁹ sit motus. Nā simul motū tēpusq3 sentimus. Eteni si tenebre sint: τ nihil per corpus afficiamur: motus aūt insint in aīa: contīnuo sane quoddā etiā simul fuisse tempus videt. At cū tēpus etiā quoddā videt nobis fuisse: simul tunc τ motus fuisse qdam videt. Quibus efficit: vt tēpus aut motus sit: aut aliqd motus. Cū igit motus nō sit: necesse est ipsum aliquid motus esse.

Accipiendum autem quoniam querimus quid sit tempus: hinc incipientibus quid motus est. Simul enim motu3 sentimus τ tempus. Et neq3

si sint tenebre: ⁊ nihil per corpus patiamur: motus aūt aliqs i anima sit: subito simul videt̄ fieri quodāmodo tēpus. At vero ⁊ cū tēpus videtur fieri aliqđ simul: ⁊ motus aliqs fieri videt̄. Quare aut motus: aut motus aliquid est tempus. Quoniam autem non est motus: necesse est motus aliquid esse ipsum.

Postq̄ Philosophus disputatiue inq̄siuit de tēpore: hic incipit determinare veritatē. Et pmo determinat veritatē de tpe. Scđo mouet quasdā dubitatiōes circa vitatē dterminatā: ⁊ soluit eas ibi [Dignū āt.] Circa pmū duo facit. Primo determinat de tpe sm se. Secūdo per cōparationē ad ea q̄ tpe mēsurant̄ ibi [Qm̄ aūt est tēpus ⁊c̄.] Circa pmū tria facit. Primo manifestat qđ sit tēpus. 2° qđ sit nunc tpis ibi [Et sicut motus semp ⁊c̄.] Tertio ex diffōne motus assignata assignat rōnes eorū q̄ dicunt̄ de tpe ibi [Qđ qdē igit̄ tēpus ⁊c̄.] Circa pmū duo facit. Primo ponit tpis diffōnē. Scđo manifestat eā ibi [Signū autē.] Prima pars diuidit̄ in tres particulas: sm tres partes diffōnis tpis quas inuestigat. Scđa pars incipit ibi [Qm̄ autē qđ mouet̄ ⁊c̄.] Tertia ibi [Determinamus aūt ⁊c̄.] Primo ergo inuestigat hāc particulā ꝙ tempus est aliqd motus. Vn̄ dicit: ꝙ q2 inq̄rimus quid sit tēpus: hinc accipiēdū est: vt accipiamus qd motus sit tēp⁹. Et ꝙ tēpus sit aliqd motus: per hoc manifestū ē ꝙ simul sentimus motū ⁊ tēpus. Cōtingit enim qn̄q3 ꝙ pcipimus fluxū tpis: quāuis nullū motū particularē sēsibilē sentiamus: vtpote si sim⁹ in tenebris: ⁊ sic visu nō sentim⁹ motū alicuius corpis exterioris. Et si nos nō patiamur aliquā alteratiōnē in corporib⁹ nostris ab aliquo exteriori agente: nullū motū corpis sentiemus: ⁊ tn̄ si fiet aliqs motus in aīa nostra: puta sm successionē cogitationū ⁊ imaginationū: subito videt̄ nobis ꝙ fiat aliqđ tēpus. ⁊ sic pcipiendo quēcunq3 motū: percipimus tēpus. Et silr econuerso cum percipimus tēpus: simul pcipimus motū. Vn̄ cū nō sit ipse motus: vt probatū est: relinquit̄ ꝙ sit aliqd mot⁹. Habet aūt dubitationē qđ hic dicit̄ de perceptione tēporis ⁊ motus. Si enī ꝯsequat̄ aliquē motū sensibilē extra animam existentē: sequitur ꝙ qui nō sentit illū motum: nō sentiat tēpus: cuius ꝯtrariū hic dicit̄. Si aūt tempus ꝯsequat̄ motū anime: sequit̄ ꝙ res nō cōparentur ad tēpus nisi mediante anima: ⁊ sic tēpus erit non res nature: sed intētio anime: ad modū itentionis generis ⁊ speciei. Si aūt sequat̄ vlr oēm motū: sequit̄ quot sūt motus: tot sint tēpora: qđ est ipole: q2 duo tēpora nō sūt simul: vt supra habitū est. [Ad huius igit̄ euidētiā sciēdū est ꝙ est vnus pmus motus qui est cā omnis alteri⁹ motus: vn̄ q̄cunq3 sunt in eē trāsmutabili habēt hoc ex illo p̊ motu: q est motus pmi mobilis. Quicūq3 aūt percipit quēcunq3 motū: siue in rebus sensibilibus existētē: siue in anima: pcipit esse transmutabile: ⁊ per ꝯsequens pcipit primū motū quē seqtur tēpus. Unde quicūq3 percipit quēcūq3 motū percipit tempus: l3 tempus nō ꝯsequatur nisi vnū primū motū a quo omnes alij causantur ⁊ mensurantur: ⁊ sic remanet tn̄ vnum tempus. [Secundo ibi.

[Cū aūt id qđ mouet̄ ex quodā in quoddā ꝓficiscatur: magnitudoq3 ōis ꝯtinua sit: motus ꝓfecto magnitudinē seqtur. Quia nāq3 magnitudo ꝯtinua est: ideo ⁊ motus cōtinuus est. At q2 motus continuus est: ⁊ tēpus cōtinuū est. Quāuis enim est motus: tantum ⁊ tempus semp fuisse videtur.

T. c. 99. [Quoniā aūt qđ mouet̄ mouet̄ ex quodam in quiddā: ⁊ ōis magnitudo ꝯtinua ē: sequit̄ magnitudinē motus: ꝓpter id enim ꝙ magnitudo continua est: ⁊ motus continuus erit. Quantum enim motus est: tantū ⁊ tēpus videt̄ fieri.

[Inuestigat scđam particulā positā in diffōne temporis. Supposito enī ꝙ tēpus sit aliqd motus: ꝯsequēs. s. ipm: restat inuestigādū sm quid tēpus ꝯsequat̄ motum: q2 sm prius ⁊ posteri⁹. Circa h̄ ergo tria facit. Prio ostēdit quomō in motu inueniat̄ prius ⁊ posterius. 2° quomō prius ⁊ posterius se habeat ad motū ibi [Est aūt pus ⁊ posteri⁹.] Tertio ꝙ tēpus sequit̄ motū sm prius ⁊ posteri⁹ ibi [At vo ⁊ tēpus.] Circa p̊m duo facit. Prio ondit ꝙ ꝯtinuitas ē in tēpore ex motu ⁊ magnitudine. 2° ꝙ etiā prius ⁊ posterius ibi [Prius aūt ⁊ posterius.] Dicit ergo pmo. ꝙ oē qđ mouet̄ mouet̄ ex quodā in quiddā: sed inter alios mot⁹: pmus est motus localis: qui est a loco in locū sm aliquā magnitudinē. Primū aūt motū cōsequit̄ tēpus. ⁊ iō ad inuestigādū de tēpore opz accipe motū sm locū. Quia ergo motus sm locū est sm magnitudinē ex quodā in qddā: ⁊ omnis magnitudo est ꝯtinua: opz ꝙ motus consequat̄ magnitudinē in ꝯtinuitate: vt q2 magnitudo ꝯtinua est: ⁊ motus ꝯtinu⁹ est: ⁊ p ꝯsequēs tēpus etiā ꝯtinuū ē: q2 quātus est motus pmus: tātū fieri tēpus videt̄. nō aūt tēpus mensurat̄ sm q̄titatē cuiuscūq3 motus: q2 tardus mouet̄ sm paucū spatiū in multo tēpore: velox aūt ecōuerso: sed solū q̄titatē pmi motus sequit̄ tēpus. [Scđo ibi.

[Atqui prius ⁊ posterius in loco est primo atq3 positione. Cum vo in magnitudine sit: in motu quoq3 similitudine rōnis prius esse posteriusue necesse est. At vo prius atq3 posterius in tpe etiam est: ex eo sane: q2 semp alterum ipsorum alterum sequitur.

[Prius aūt ⁊ posterius in loco primum sunt. Hec autē positione sunt determinata. Quoniā autē in magnitudine primum ⁊ vltimum est: necesse est in motu prius ⁊ posterius esse proportionaliter his que sunt ibi. At vo ⁊ in tempore est prius ⁊ posterius propter id quia sequitur semper alterum alterum ipsorum.

[Ostēdit etiā ꝙ idē ordo ꝯsiderat̄ in priori ⁊ posteriori. ⁊ dicit. ꝙ prius ⁊ posterius sunt pus in loco siue in magnitudine. ⁊ hoc ideo q2 magnitudo est q̄titas positionē habēs. de rōne aūt positionis est prius ⁊ posterius. vn̄ ex ipa positione locus hēt pus ⁊ posterius. Et q2 in magnitudine est prius ⁊ posterius: necesse est ꝙ in motu sit pus ⁊ posterius ꝓportionaliter his [que sūt ibi] scilz in magnitudine ⁊ in loco. ⁊ per ꝯsequens etiā in tēpore est prius ⁊ posteri⁹ q2 motus ⁊ tempus ita se habent: ꝙ semper alterum eoꝝ sequitur ad alteꝝ. [Deinde cum dicit.

[Prius aūt in motu posteriusue subiecto qdem est motus. Ipso aūt esse diuersum est: ⁊ nō est motus.

[Est autem prius ⁊ posterius ipsorum in motu: quod equidem ens motus est tamē esse ipsius alterum est: ⁊ non est motus.

[Ostēdit qūo pus ⁊ posterius se habēt ad motum. ⁊ dicit ꝙ prius ⁊ posterius ipsoꝝ. s. temporis ⁊ motus quantum ad id quod est: motus est: tn̄ sm rationem est alterum a motu ⁊ non est motus de rōne enī motus est ꝙ sit actus existentis in potētia: sed ꝙ in motu sit prius ⁊ posterius: hoc contingit motui ex ordine partium magnitudinis. Sic igitur prius ⁊ posterius sunt idem subiecto cum motu: sed differūt rōne. Unde restat inquirendum: cū tēpus

sequat̄

Margin notes: Qđ tps sit aliqđ motus. — T. c. 16. t. c. 95. ⁊ 96. — Qđ tps ē ꝯtinuum.

sequat̃ motū: sicut supra ostēsuz est: vtrū sequatur ipsum inquantum est motus: an inquantum habet prius τ posterius. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Atqui tp̄s quoqz cognoscimus: cū motū definim⁹: priore posterioreue definiētes. Atqz tūc fuisse dicimus tp̄s: cū p̄us in motu posteriusue senserim⁹: hoc ipso autē definimus: qđ aliud atqz aliud ipsa.

T.c.100. ℂ At ṽo τ tempus cognoscimus: cum diffinimus motuz prius τ posterius determinantes: τ tunc dicimus fieri tempus: quādo prioris τ posterioris in motu sensum percipimus.

ℂ Ostēdit ꝙ tēpus sequat̃ motū rōne p̄oris τ posterioris. propter hoc enī est ostēsuz ꝙ tēpus sequit̃ motū: q̄z simul cognoscim⁹ tp̄s τ motū: s̄m illud ergo tp̄s sequit̃ motuz: quo cognito in motu cognoscit̃ tp̄s. sed tūc cognoscimus tempus cū distinguimus determinādo p̄us τ posterius: τ tūc dicimus fieri tēpus qn̄ accipim⁹ sensum prioris τ posterioris in motu. Relinquit̃ ergo ꝙ tempus sequit̃ motum s̄m prius τ posterius. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et aliud qđ inter ipsa mediū eē existimam⁹. Nā cū extrema alia a medio itelligimus eē: τ aīus ipsa nūc duo dicit: alterꝫ p̄us: alterꝫ posterius: tūc τ hoc ipsuz tēpus dicim⁹ eē. Qđ enī ipso nūc definit̃: id tp̄s esse videt̃: τ supponit̃. Cū igit̃ ipm̄ nūc vt vnū sentim⁹: τ nō aut vt p̄us in motu posteriusue: aut vt idē qdem: prioris ṽo cuiusdā posteriorisue: tp̄s tūc nullū fuisse videt̃: qm̄ neqz mot⁹. Sed cū p̄us sentim⁹ atqz posterius: tūc τ tp̄s dicim⁹ eē. Hoc enim est tp̄s numerus motus per ipsuz prius posteriusue. Non ergo tēpus est motus: sed vt motus ipse numerum habet.

ℂ Determinamus aūt in accipiēdo aliud τ aliud ipsuz τ mediū ipsoꝝ alterꝫ. Cū enī altera extrema mediꝫ itelligimus: τ duo dicat aīa ipsa nūc: hoc qdē prius: illud ṽo posteri⁹: tūc τ hoc dicimus eē tp̄s: determinatū enī ipso nūc tp̄s eē videt̃: τ supponat̃.

T.101. ℂ Qn̄ qdē igit̃ tanq̄ȝ vnū ipsȝ nūc sentimus τ nō sit sicut prius τ posterius in motu: aut vt idem quidez prioris τ posterioris alicuius: nō videt̃ tēpus fieri nullū quidem: nec motus. Cū aūt prius: τ posterius est: tūc dicimus tp̄s. Hoc enim est tēpus. Numerus mot⁹ s̄m prius τ posterius. Nō ergo motus tempus est: sed s̄m ꝙ numerum habet motus.

ℂ Ostēdit qđ motus tēpus sit: q̄z numerus motus. τ hoc ēt ostēdit eodē medio. s. per cognitionē tp̄is τ mot⁹. Manifestū est enī ꝙ tūc eē tp̄s determinam⁹: cū accipim⁹ in motu aliud τ aliud: τ accipimus aliqđ mediū inter ea. Cū enī intelligimus extrema diuersa alicuius mediꝫ: τ aīa dicat illa eē duo: hoc p̄us: illud posteri⁹ q̄si numerādo p̄us τ posterius in motu: tūc hoc dicimus eē tp̄s. Tēpus enī determinari videt̃ ipso nunc. τ hoc supponat̃ ad p̄ns: q̄z postea

T.c.101. 95. erit magis manifestū. Quādo igit̃ sentim⁹ vnū nūc τ nō discernimus in motu p̄us τ posterius: vel qn̄ discernim⁹ in motu p̄us τ posterius: sed accipimus idē nūc vt finem prioris τ p̄ncipiū posterioris: nō fieri videt̃ tēpus: q̄z neqz est motus: sed cū accipim⁹ prius τ posterius τ numeram⁹ ea: tūc dicimus fieri tp̄s τ hoc iđ q̄z tp̄s nihil aliud est q̄ȝ numerus mot⁹ s̄m p̄us τ posterius. tp̄s enī p̄cipim⁹: vt dictū est: cū numeram⁹ p̄us τ posteri⁹ in motu. Manifestū est ergo ꝙ tp̄s nō est mot⁹: sed sequit̃ motū s̄m ꝙ numerat̃. vñ est numerus mot⁹. ℂ Siqs aūt obijciat ꝯ p̄dictā diffōnē ꝙ p̄us τ posteri⁹ tp̄e determinant̃: τ sic diffinitio est circularis. ℂ Dicēdū est ꝙ p̄us τ posterius ponunt̃ in diffōne tp̄is s̄m ꝙ cānt̃ in motu ex magnitudie: τ nō s̄m ꝙ mēsurat̃ ex tp̄e. τ iđ supra A.h. l.º ostēdit ꝙ p̄us τ posterius p̄us sunt in magnitudine q̄ȝ in motu: τ in motu q̄ȝ in tempore: vt hec obiectio excludat̃. ℂ Deinde cum dicit.

Obiectio ꝙ videtur de modo circuli.

Solõ obiectionis.

ℂ Id ita eē hoc iudicat signū: nā plus qdē τ min⁹ numero: plurē ṽo minorēue motū tēpore solem⁹ discernere. Tempus ergo numerus quidam est.

ℂ Signū est aūt: plus quidē enim: τ minus iudicamus numero. Motū aūt in plurē: τ minorē tempore. Numerus itaqz quidem tempus est. T.c.102.

ℂ Manifestat p̄dictā diffinitionē dupl̃r. P̄rio qdē quodā signo. Id eniȝ quo aliqđ indicamus plus τ minus est numerus eius: s̄ȝ motū indicamus plurē τ minorē tempore. tempus igitur est numerus. ℂ Secundo ibi.

Signo pȝ tēpus esse numeruȝ.

ℂ Cū ṽo duplex sit numerus. Nā τ id qđ numerat̃: ac numerabile. Et id quo numeram⁹ numerū dicimus: id qđ numeratur nō id quo numeramus est tempus. Sunt autem id quo numeramus: τ id quod numeratur: non eadem sed diuersa.

ℂ Quoniā aūt numerus est dupliciter: τ nanqz qđ numerat̃: τ numerabilē numeruȝ dicimus: τ quo numeramus: tempus autē est: quod numerat̃: τ non quo numeramus. Est autē alterū quo numeramus: τ quod numeratur.

ℂ Manifestat qđ dictū est per distinctionē numeri. τ dicit ꝙ numer⁹ dicit̃ dupl̃r. Uno mō id qđ numerat̃ actu: vel qđ est numerabile: vtpote cū dicimus decē homines vel decē equos: qui dicit̃ numerus numerat⁹: q̄z est numerus applicatus rebus numeratis. Alio mō dicit̃ numerus quo numeramus. i. ipse numerus absolute accept⁹: vt duo tria quatuor. Tēpus autē nō est numer⁹ quo numeram⁹: q̄z sic qđ sequeret̃ ꝙ numerus cuiuslibet rei eēt tp̄s: s̄ȝ est qđ numerat̃: q̄z ipse numerus p̄oris τ posterioris in motu tp̄s dicit̃: vel ēt ipsa q̄ sunt p̄us τ posteri⁹ nūerata. τ iđ l̄ȝ numer⁹ sit q̄ntitas discreta: tp̄s tn̄ ē quātitas ꝯtinua: p̄p̄ rē nūeratā: sic decē mēsure pāni quoddā cōtinuū ē: q̄uis denari⁹ nūer⁹ sit q̄ntitas discreta. LEC. XVIII.

ℂ Atqz vt mot⁹ alius est: atqz ali⁹: est sic τ tp̄s. Tp̄s aūt omne: qđ est simul: est idē. Nam ipsum nunc idez est subiecto. Esse autem ipsius diuersum est.

ET sicut motus semper aliud: sic τ tēpus. Qđ autē simul oē tēpus idem est. Ipsum enim nūc idem est: quod quidem erat. Esse autez ipsi alterum est. T.c.103.

Postq̄ȝ p̄hus ostendit qđ est tp̄s: hic determinat de nunc. τ p̄mo ostēdit vtrꝫ sit idē nunc in toto tp̄e: vel aliud τ aliud: qđ supra in dubitatione positū fuit. Lec. 17. l. c. 90.

Scđo ex hoc vlterius assignat rōnē eoꝝ que dicunt̃ de nunc. ibi [Manifestū aūt est τc.] Tria facit circa p̄mū. Primo p̄ponit ꝙ nūc quodāmodo est idē τ quodāmodo nō est idē. Scđo exponit qđ dixerat. ibi [Ipsuȝ aūt nūc.] Tertio p̄bat. ibi [Sequit̃ enī sicut dictū est.] Dicit ergo ꝙ cum tempus sit numerus motus: sicut partes motus sunt semper alie τ alie: ita τ partes temporis. sed illud qđ simul existit de toto tempore est idem. s. ipsum nunc. Qđ quidem s̄m id qđ est: idem est: sed ratione est alteruȝ: s̄m qđ est prius τ posterius. τ sic nunc mensurat tempus s̄m

ꝙ est idem subiecto: sed ſm ꝙ ratione est alterum ⁊ alterum: ⁊ prius ⁊ posterius. ¶ Secundo ibi.

¶ Ipſumq; tempus metitur: vt prius: atq; posterius est. Atq; tum est idem: tum non est idem: nam vt est quidem in alio: atq; alio differt. Atq; hoc pacto est ipſum nunc. Subiecto vero est idem.

T.c.104. ¶ Ipſum aūt nunc tēpus mēsurat: ſm qđ prius ⁊ posterius est. Ipſum aūt nūc est quidē sicut idē: est vero sicut nō idē: ſm quidē enī ꝙ in alio: ⁊ alio alterū est. Hoc vero erat ipsi nūc: inquātū aūt quodcūq; ens: est ipſum nunc quidem est.

¶ Exponit qđ dixerat. ⁊ dicit ꝙ ipſum nunc quodāmodo semper est idem ⁊ quodāmodo non idē. Inquantū enī semper consideratur vt aliud ⁊ aliud ſm successionē temporis ⁊ motus: sic est alterum ⁊ alterum: sed ſm ꝙ consideratur in se: sic est idē: ⁊ hoc est qđ supra diximus: ꝙ ipsi est esse alterum. Nam hoc est esse ipsi nunc. i. ſm hoc accipitur ratio ipsius: vt consideratur in decursu temporis ⁊ motus: sed inquantum ipſum nunc est quoddam ens: sic est idem subiecto. ¶ Tertio ibi.

¶ Etenim motus magnitudinem sequitur: ⁊ tempus motum: vt diximus. Quo fit vt ⁊ id qđ fertur: quo motū: ⁊ prius in ipſo: posteriusue cognoscimus: punctum sequatur. Hoc igitur subiecto quidem est idē. Est enim: aut punctum: aut lapis: aut aliquid aliud tale. Ratione vero diuersum: perinde atq; sophiste: coriscum in lycio: coriscum in foro esse: sumunt esse diuersa. Et hoc igitur vt alibi est: atq; alibi est diuersum. At ipſum nūc sequitur id: quod fertur: perinde atq; tempus sequitur motum. Ipſo nāq;: quod fert: prius in motu: posteriusue. cognoscimus. Prius vero posteriusue vt numerabile est: ipſum profecto est nūc. Quare ⁊ hoc ipſum subiecto quidem est idem. Est enim prius aut posterius qđ est in motu. Ipſo autē esse diuersum est: prius nanq; posteriusue: vt numerabile est ipſum est nunc.

¶ Sequitur enim sicut dictū est magnitudinē motus. Hūc aūt tēpus: sicut diximus. Et similiter igitur puncto: qđ fert: quo motum cognoscimus: ⁊ prius in ipſo ⁊ posterius. Hoc quaquidem quodcūq; ens est idem est: aut enī punctū: aut lapis: aut aliqd aliud huiusmodi est. Rōne aūt aliud est: sicut sophiste accipiunt alterū coriscū in theatro esse: ⁊ coriscū in foro. Et hoc igit in eo: qđ alibi ⁊ alibi est alterū. Id autē qđ fert sequit ipſm nūc sicut tempus motū. Eo enī qđ fertur cognoscimus prius ⁊ posterius in motu. Scđm autem qđ numerabile prius: ⁊ posterius ipſum nunc est: quare ⁊ in his: qđ quidē ens nunc est: idem est: prius enim ⁊ posterius est: qđ in motu: esse autem alterum: ſm enim ꝙ numerabile prius ⁊ posterius ipſum nunc est.

¶ Probat qđ dixerat. Et primo probat ꝙ nūc est idē subiecto: sed alterū ⁊ alterū ratione. Secundo ꝙ ipſum nūc

Lec.17.t.c.99. mensuret tēpus. ibi [Et notū aūt maxime.] ¶ Dicit ergo primo. ꝙ sicut supra dictum est: motus quātum ad continuitatem: ⁊ prius ⁊ posterius: sequitur magnitudinē ⁊ tēpus motum. Imaginemur igit ſm geometras ꝙ pūctus motus faciat lineam: similiter oportebit aliquid esse idē in tempore: sicut est aliquid in motu. Si autem punctum motū suo motu faciat lineam ipſum punctū qđ fertur est quo cognoscimus motum ⁊ prius ⁊ posterius in ipſo. non enim motus percipitur nisi ex hoc ꝙ mobile aliter ⁊ aliter se habet. ⁊ ſm id qđ pertinet ad precedentem dispositionem mobilis indicamus prius in motu: ſm autem id qđ pertinet ad sequētem dispositionem mobilis iudicamus posterius in motu. hoc ergo qđ mouetur quo motū cognoscimus ⁊ discernimus prius ⁊ posterius in ipſo: siue sit punctum: siue sit lapis: siue quodcunq; aliud: ex parte qua est quoddam ens: quodcunq; sit est idem. s. subiecto: sed ratione est alterū. ⁊ hoc modo sophiste vtūtur altero: cū dicūt coriscū alterū esse in theatro ⁊ in foro. sic arguētes ſm sophisma accidētis: esse in foro est aliud ab eo qđ est in theatro: sed coriscus est nūc in foro: nūc in theatro. ergo est alius a se. Sic igitur patet ꝙ id qđ mouet est alterum ſm rationē in eo qđ est alibi ⁊ alibi: lꝫ sit idem subiecto: sed sicut tēpus sequitur ad motū: ita ipsuꝫ nūc sequit ad id qđ fertur. ⁊ hoc probat: qꝛ per mobile cognoscimus prius ⁊ posterius in motu. Cum enim inuenimus mobile in aliqua parte magnitudinis per quā mouet: iudicamus ꝙ motus qui fuit per vnā partē magnitudinis prius preterijt: ⁊ per aliā partem magnitudinis posterius sequitur: ⁊ similiter in numeratione motus que fit per tempus: id qđ distinguit prius ⁊ posterius tēporis: est ipſum nunc qđ est terminus preteriti: ⁊ principiū futuri. Sic igitur nunc se habet ad tēpus sicut mobile ad motū. ergo ſm cōmutatam proportionē: sicut tēpus ad motū: ita ⁊ nūc ad mobile. Unde si mobile in toto motu est idem subiecto: sed differat ratione: oportebit ita esse: ⁊ in nunc: ꝙ sit idē subiecto: ⁊ aliud ⁊ aliud rōne: qꝛ illud quo discernit in motu prius ⁊ posterius est idē subiecto: sed alterū ratiōe: scilicet mobile. ⁊ id ſm qđ numerat prius ⁊ posterius in tēpore: est ipſum nunc. Ex hac aūt cōsideratione de facili pōt accipi intellectus eternitatis. Ipſum enim nūc inquantuꝫ respondet mobili se habenti aliter ⁊ aliter discernit prius ⁊ posterius in tempore ⁊ suo fluxu tēpus facit: sicut punctus lineam. Sublata igitur alia ⁊ alia dispositione a mobili remanet substantia semper eodem modo se habens. Unde intelligitur nunc vt semper stans: ⁊ non vt fluens: nec habens prius ⁊ posterius. Sicut igitur nunc temporis intelligitur vt numerus mobilis: ita nunc eternitatis intelligitur vt numerus: vel potius vt vnitas rei semper eodem modo se habentis. ¶ Secundo ibi.

¶ Est etiā hoc maxime nūc. Naꝫ ⁊ motio ob id quod mouetur: ⁊ latio ob id quod fertur est nota. Est enī hoc aliqd id quod fertur. Motus vero nō est. Est igitur tum idem id quod nūc dicitur semper: tum non idē. Quippe cum ⁊ id quod fertur tales subeat modos.

¶ Et notū aūt maxime hoc est. Et motus enim propter id qđ mouet: ⁊ loci mutatio propter id qđ fertur: hoc aliquid enim qđ fertur. Motus autem non. Est quidem igitur: sicut idē ipſuꝫ quod nunc dicitur semper. Est autem sicut nō idem. Et nāq; est similiter quod fertur.

¶ Ostendit vnde habeat mensurare nunc tempus: ⁊ dicit ꝙ hoc ideo est: qꝛ id qđ est maxime notum in tēpore nūc est: ⁊ vnūquodq; mensurat per id qđ est maxime notum sui generis: vt dicitur in. 10. meta^ce. ⁊ hoc etiam ostēdit ex habitudine motus ad mobile: qꝛ motus cognoscitur per id qđ mouetur: ⁊ loci mutatio per id qđ localiter fert: q̄si minus notum per magis notum: qđ ideo est qꝛ id qđ mouet [est hoc aliqđ.] idest res quedā per se stans: qđ nō conuenit Lec. princip.

uenit motui. vnde mobile est notius motu: ꝛ per mobile cognoscit motus: ꝛ similiter tépus per ipsuz nūc. ꝛ sic cōcludit cōclusioné principaliter intétā: ꝙ id qđ dicit nūc semꝑ est idē quodāmodo ꝛ quodāmodo nō: qꝛ similiter est de mobili: vt dictum est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Patet etiā nunc ipsum non esse: si tempus nō sit: ꝛ tēpus nō esse: si nō sit ipm nūc. Nam vt simul sunt id quod fertur: ꝛ latio: sic ꝛ numerus eius quod fertur: ꝛ numerus ipsius etiam lationis sunt simul. Est eniz tempus qdem numerus lationis. Ipsum aūt nūc: eiꝰ quod fertur: perinde atqꝫ vnitas numeri.

corpus perfectũ est: quãdo põt aliud sibi simile facere qđ est virtus nature. Qđ etiã probat per hoc: qꝛ tũc est aliqđ maxime ſm naturã: quãdo nature virtutẽ hꝫ. Uirtus enĩ nature est signũ cõpletionis nature. Cũ aũt aliqđ hꝫ cõplete suã naturã: tũc dicit̃ eẽ pfectũ. Qđ nõ solũ in rebus naturalibus verũ est: sed ẽt in mathematicis: vt eoꝶ forma accipiat̃ pro eorũ natura. Tũc eniꝫ maxime circulus est: id est pfectus circulus: quãdo maxĩe est ſm naturaꝫ. i. quãdo habet pfectionẽ sue forme. Sic ergo pꝫ φ ad pfectionẽ forme cuiuslibet rei cõsequat̃ virtus eius: qꝛ tunc vnũquodqꝫ perfectũ est qñ hꝫ suã formã. id est suã virtutẽ. ꝛ ita sequit̃ φ virtus sit pfectio q̃dã. Ex hac aũt ꝓpositiõe sic ꝓbata Cõmẽtator sic argumẽtãdum dicit. Ois perfectio est simplex ꝛ idiuisibilis. sed nihil simplex ꝛ idiuisibile est alteratio: neqꝫ aliqs motus: vt supra ꝓbatũ ẽ. ergo ſm virtutẽ nõ est alteratio. ℂ Sed iste ꝓcessus nõ cõpetit in eo qđ subdit̃ de malitia: φ. s. est corruptio ꝛ remotio pfectiõis. Et si eniꝫ pfectio sit simplex ꝛ idiuisibilis: recedere tamẽ a pfectiõe nõ est simplex ꝛ idiuisibile: sed multiplr̃ ꝯtingẽs. Neqꝫ est etiã ꝯsuetudo Ar. vt ꝑtermittat illđ ex quo ꝑncipalr̃ ꝯclusio depẽdet: nisi ex iuxta positis itelligi possit. ℂ Et iđ melius dicẽdũ est: φ arguẽdũ est hic de virtute: sicut supra argumẽtatũ est de forma ꝛ figura. Nihil enim dicit̃ alterari qñ pficit̃: ꝛ eadẽ rõne neqꝫ quãdo corrũpit̃. Si igitur virtus est perfectio quedam: malitia vo corruptio. ſm virtutem ꝛ malitiã nõ est alteratio: sicut neqꝫ ſm formas ꝛ figuras. ℂ Scđo ibi.

Expõ Auerro.

Iprobaᵒ

Expõ sũ m Thõe T.c.16.

ℂ Fit igitur cum aliquid alterat̃ virtutis acceptio: vl vtriusqꝫ deiectio: neutrum tamen horum est alteratio.

T.c.16.

ℂ Fit quidem igitur cum quoddam alteratur: ꝛ acceptio virtutis: ꝛ remotio malitie: alteratio tamen horum neutrum est.

ℂ Ostẽdit φ trãsmutatio virtutis ꝛ malitie cõsequit̃ aliquã alterationẽ. Et primo ꝓponit qđ intẽdit. ꝛ dicit φ acceptio virtutis: ꝛ remotio malitie: aut ecõtrario: fit cũ aliquid alterat̃: ad cuius alterationeꝫ consequitur acceptio ꝛ remotio virtutis ꝛ malitie: sed tamen neutrum horum est alteratio primo ꝛ per se. ℂ Secundo ibi.

ℂ Alterari aũt aliqđ inde patet. Nam virtus quidem aut affectuum est vacuitas: aut eorũdem mediocritas quedam. Uitium autem aut est omnis affectuuꝫ concitatio: aut est perturbatio virtuti contraria.

ℂ Qꝛ aũt alteret̃ aliqđ: manifestũ est. Uirtᵒ q̃dẽ enim aut ipassibilitas q̃dã est: aut passibile ẽ sic. Malitia autẽ passibilis: aut ꝯria passio virtuti ẽ.

ℂ Probat ꝓpositũ. ꝛ dicit manifestũ eẽ ex sequẽtibus φ oporteat aliqđ alterari ad hoc φ accipiatur ꝛ remoueat̃ virtus vel malitia. Et hoc videt̃ ꝓbare duplr̃. Pꝛio q̃deꝫ ſm duas opiniões hoꝶ de virtute ꝛ malitia. Stoici. n. dixerũt virtutes eẽ ipassibilitates q̃sdã: nec posse eẽ virtutẽ in aĩa nisi remotis oĩbus passiõibus aĩe: q̃ sunt timor: spes: ꝛ huiꝰ. Huiusmodi eniꝫ passiões dicebãt eẽ quasdã anime ꝑturbatiões siue egritudines. Uirtuteꝫ aũt eẽ dicebãt quãdã quasi tranq̃llitatẽ aĩe ꝛ sanitatẽ. Unde ecõtrario malitiã dicebãt eẽ oẽꝫ anime passibilitatẽ. Opinio vo peripatheticoꝶ ab Ar. deriuata ẽ φ virtus ꝯsistat in aliqua determinata moderatiõe passionũ. Cõstituit enĩ virtus moralis mediũ in passiõibꝰ: vt dicitur in scđo ethico. Et ſm hoc etiã malitia virtuti opposita nõ erit q̃liscũqꝫ passibilitas. sed quedã habilitas ad passiones contrarias virtuti: que. s. sunt ſm superabũdãtiã ꝛ defectũ. Cũ vtrũlibet aũt verũ sit: oportet ad acceptionem virtutis φ fiat aliqua trãsmutatio ſm passiões. s. vel φ passiones totalr̃ remoueantur: vel φ modificentur. Passiones autem cũ

Opinio stoicoꝶ

Opinio ꝑipathe/ticoꝶ.

T.6. circa fi. Et 7. circa mediũ. T.c. 5. circa fi. ꝑlatum.

sint in appetitu sensitiuo: ſm eas cõtingit alteratio. Relinquit̃ ergo φ acceptio ꝛ remotio virtutis ꝛ malitie fit ſm aliquam alterationem. ℂ Secundo ibi.

ℂ Atqꝫ oĩno fit vt virtus morũ in voluptatibꝰ doloribusue ꝯsistat. Uoluptas enĩ: aut cũ agimꝰ: aut cũ recordamur: aut cũ speramꝰ effici solet. Atqꝫ si cũ agimus ꝓuenit: sensus est cã. Si cũ recordamur: aut speramꝰ: ab ipo rursus efficit̃. Afficimur enĩ voluptate: aut recordantes ea que nos delectarunt: aut sperantes euenire ea que nos afficient voluptate.

ℂ Et totã moralẽ virtutẽ in voluptatibꝰ ꝛ tristitijs accidit eẽ. Aut enĩ ſm actum φ voluptatis: aut per memoriã: aut spem. Siq̃dẽ igit̃ ſꝫ actũ: sensus est cã. Si vo per memoriam: aut ꝑ speꝫ: ab ipso est. Aut enĩ insũt q̃lia passi sumꝰ reminiscẽtibꝰ voluptatis: aut q̃lia patiemur sperãtibꝰ.

ℂ Probat idẽ sic. Ois virtus moralis cõsistit in aliq̃ delectatione ꝛ tristitia. Nõ eniꝫ est iustus q nõ gaudet iustis opatiõibꝰ: ꝛ tristat̃ de cõtrarijs. Et simile est in alijs virtutibus moralibus. Et hoc iđ. qꝛ ois appetitiue virtutis i qua est vtus moralis opatio terminat̃ ad delectationẽ ꝛ tristitiã: cũ delectatio ꝯsequat̃ ex adeptiõe eiꝰ i qđ appetitus fertur. tristitia vo ex superuẽtiõe eius qđ appetitus refugit. Unde cõcupiscẽs vel sperãs delectat̃ qñ cõsequit̃ qđ cõcupiscit vel sperat. ꝛ similr̃ iratus qñ punit: timẽs vo ꝛ odiẽs tristat̃ qñ superuenit malũ qđ refugit. Ois aũt tristitia ꝛ delectatio: vel est ſm actũ de re p̃nti: vel per memoriã de re ꝑterita: vel ꝑ spem de futuro. Si ergo sit delectatio ſm actũ: huiꝰ delectatiõis cã est sensus. Nõ enĩ cõueniẽs cõiunctũ delectationẽ faceret si nõ sentiret̃. Similr̃ aũt si sit delectatio per memoriã vel ꝑ spem. ꝑ sensu ꝓcedit: dũ vel reminiscimur q̃les voluptates passi sumꝰ ſm sensuꝫ in ꝑterito. Uel dũ speramꝰ q̃les patiemur in futuro. Ex quo pꝫ φ delectatio ꝛ tristitia ſm partẽ sensitiuaꝫ est: in qua alteratio accidit. vt supra dictũ est. Si ergo virtus moralis ꝛ malitia opposita in delectatione ꝛ tristitia est: ſm delectationẽ aũt ꝛ tristitiã alterari ꝯtingit: sequit̃ φ acceptio ꝛ remotio virtutis ꝛ malitie sit cõsequẽter ad aliquã alterationẽ. Sed notãdũ φ signãter dicit [totaꝫ] virtutẽ moralẽ in delectatiõibꝰ ꝛ tristitijs eẽ. ad differentiã intellectualis virtutis: q̃ ẽt suã delectationẽ hꝫ: sed illa delectatio nõ est ſm sensuꝫ. Unde nec cõtrariũ hꝫ. nec ſm eã alterari ꝯtingit: nisi metaphorice. ℂ Deinde cũ dicit.

ℂ Atqui neqꝫ ad ꝑtẽ itellectiuã aĩe alteratio accõmodat̃. Sciẽs eniꝫ maxime ad aliqđ dr̃. Hoc aũt ita esse perspicuũ inde fieri põt. Per nullã nãqꝫ potẽtiã motis fit in nobis scia: sed prius aliquo orto. Experientia nãqꝫ particulariũ sciam vniuersalem consequimur.

ℂ At vo neqꝫ in intellectiua ꝑte aĩe est alteratio. Sciẽs enĩ ad aliqđ maxĩe dicit̃. hoc aũt manifestuꝫ. Scđm enĩ nullã potẽtiã motis: factũ ẽ qđ est sciẽtie: sed cũ extiterit q̃dã. Ex ea enim q̃ est ſm partẽ experiẽtia accipimus vlẽm scientiam. T.c.20.

ℂ Ondit φ alteratio nõ est in ꝑte aĩe itellectiue. Et p̃mo ꝓbat hoc in generali. Scđo in spẽli. ibi [Neqꝫ igit̃ actᵒ.] Circa p̃mũ iducit talẽ rõnẽ. Sciẽs maxĩe dicit̃ ad aliqđ s. ad scibile: cuiꝰ assimilatio in sciẽte: sciẽtia ẽ. Hoc aũt sic probat. In nullo alio genere ꝯtingit φ aliqđ de nouo adueniat alicui absqꝫ eius mutatiõe: nisi in ad aliqđ. Fit. n. aliqđ eq̃le alicui: ipso nõ mutato ſꝫ altero. Uidemus aũt φ nullia mutatiõe facta in potẽtia intellectiua fit sciẽtia:

ſed ſolũ exiſtente quodã in ſenſitiua pte:q2.ſ.ex expiẽtia particulariũ q̃ ptinẽt ad ſenſitiuã pte:accipimus ſcientiã vlis in itellectu.vt pbaṫ in pmo metaphy.ꝛ in ſcdo poſteriorũ. Cũ igiṫ in ad aliqd nõ ſit mot⁹:vt ſupra pbatũ eſt. ſequiṫ ꝙ nõ ſit alteratio i acceptiõe ſciẽtie. ¶ Scdo ibi.

T.i fo.2. cõ.2. T.10.c.3. 5.T.3.1.c. 10.

¶ At neqꝫ ipſa operatio generatio eſt : niſi viſionem tactũue generationes quiſpiam dixerit. Tale eſt enĩ ipſa operatio.

¶ Neqꝫ igiṫ actus gñatio eſt:niſi aliqs reſpectionẽ ꝛ tactũ gñatiões dicat. Huiuſmodi.n.actus.

¶ Oſtẽdit ꝙ nõ ſit in pte itellectiua alteratio in ſpeciali. Et pmo quãtũ ad ꝯſiderationẽ iã habẽtis ſciẽtiã que eſt ſciẽtie vſus. Scdo q̃tũ ad pmã ſcie acceptionẽ. ibi[Que aũt ex pncipio ꝛc.] Dicit ergo pmo ꝙ exquo in pte itellectiua nõ eſt alteratio:nõ põt dici ꝙ ipſe act⁹ ſcientie q eſt cõſideratio ſit generatio.niſi etiã aliqs dicat:ꝙ exterior inſpectio oculi:ꝛ ipm tãgere ſint generatiões q̃dã. Sicut eniꝫ viſio eſt act⁹ viſiue potẽtie:ꝛ tãgere eſt actus tactiue potẽtie:ita ꝛ cõſideratio eſt actus potẽtie itellectiue. Act⁹ aũt nõ dicit generationẽ alicuius pncipij:ſed magis pceſſum a pncipio actiuo. Unde ipſuꝫ intelligere nõ eſt generatio vel alteratio. Tñ nihil pbibet aliquẽ actũ cõſequi generationẽ vel alterationẽ ſicut ad generationẽ ignis ſequiṫ ꝙ calefaciat. Et ſimiliter ad imutationẽ ſenſus a ſenſibili ſequitur ipſuꝫ videre vel tangere. ¶ Secundo ibi.

¶ Acceptio aũt a principio ſcie nõ eſt generatio:nec alteratio. Ex eo nãqꝫ q2 pturbatiões ſedanṫ atqꝫ trãquilla fit aia:ſciẽs q̃ſpiã atqꝫ prudẽs euadit. Quẽadmodũ igiṫ cũ experrectus eſt quiſpiam dormiẽs:aut cũ ab ebrietate ſeſe recipit:aut cũ a morbo ꝯualuit: nõ factus eſt tũc ſciẽs:q̄q̄ antea nõ vti ſcia poterat operariqꝫ per eã:ſed extincta perturbatiõe:mẽteqꝫ iã ide ad trãquillitatẽ redacta:aptus ac idoneus ad ſciẽtie vſuꝫ euaſit:ſic etiã cũ a pncipio oriṫ in nobis ſciẽtia ſimile qd ſane fieri ſolet. Fit eniꝫ pturbatiõis ſedatio qes atqꝫ trãquillitas q̃dã:accidit eodẽ:ꝛ id qḋ in pueris natura fieri ſolet. Nõ eniꝫ diſcere pueri:neqꝫ pinde ſenſibus atqꝫ hi qui ſunt prouecti magis etate diſcernere poſſunt. Eſt enĩ vehemẽs in eis turbatio atqꝫ motus. Sedanṫ aũt nõnũq̄ a natura: nõnunq̄ ab alijs:deſinũtq̄ turbari : atqꝫ in vtriſqꝫ fit vt aliqd altereṫ:pinde atqꝫ cũ aliqs experrectus factuſqꝫ ſobrius:aptus ad operationem euadit. Patet igitur alterationem in ſenſibilibus:ꝛ in parte anime ſenſitiua:ꝛ nullis in alijs niſi per accidens eſſe.

¶ Que autẽ ex principio acceptio ſcientie nõ eſt generatio neqꝫ alteratio. In quietari eniꝫ ꝛ reſidere anima ſciẽs fit ꝛ prudens. Sicut igiṫ neqꝫ cũ dormiẽs excitetur aliqs : aut ebri⁹ pauſet:aut infirmãs ordineṫ factus ſciẽs:quãuis prius nõ poterat vti:ꝛ ſm ſciẽtiã agere:ſed mutata pturbatione:ꝛ in ſtatũ reueniẽte mẽte:inerat potentia ad ſciẽtie cõgruitatẽ. Hoc igiṫ aliqd fit ex principio in ſciẽtie exiſtẽtia. Turbationis enim qes quedã ꝛ reſidẽtia. Neqꝫ igiṫ infantes pñt addiſcere:neqꝫ iudicare ſenſib⁹ ſimiliter pſbyteris. Multa eniꝫ perturbatio circa ipſos:ꝛ motus. Sratur autem ꝛ pulſaṫ turbatio. aliquãdo qdẽ a natura:aliquãdo aũt ab alijs. In vtriſqꝫ autẽ

ὁ πρεσβύτεροσ ...

bis alterari aliqd accidit:ſicut cum ſurgat ꝛ fiat vigilans ad actum. Manifeſtum igiṫ ꝙ huius ipſuꝫ alteratiõis in ſenſibilibus eſt ꝛ in ſenſibili parte aie. In alio autem nullo niſi ſm accidens.

¶ Oſtẽdit ꝙ in acceptiõe ſcie nõ eſt generatio vel alteratio. Quicqd.n.aduenit alicui p ſolã qetationẽ ꝛ reſidẽtiaꝫ aliquaꝝ pturbationũ vel motionũ nõ aduenit p generationẽ ꝛ alterationẽ:ſꝫ ſcia q̃ eſt cognitio ſpeculatiua:ꝛ prudẽtia q̃ eſt rõ practica:adueniũt aie p qetationẽ ꝛ reſidẽtiã corporaliũ motionũ ꝛ ſenſibiliũ paſſionum. Nõ ergo ſcia ꝛ prudẽtia aduenĩũt in aia p generationẽ vel alterationẽ. Ad hui⁹ aũt rõnis manifeſtationẽ ſubiũgit exẽplũ. Ponaṫ ꝙ aliqs hñs ſciam dormiat vel inebrieṫ:aut infirmeṫ:manifeſtũ eſt ꝙ nõ põt vti ſcia:ꝛ opari ſm eã. Sed manifeſtũ eſt ꝙ qñ pturbatio pdicta qeſcit ꝛ mẽs redit ad ſtatũ ſuũ:tũc põt vti ſcia:ꝛ ſm eã agere. Et tñ nõ dicimus ꝙ cũ dormiẽs excitaṫ:aut ebrius qeſcit:aut alius infirmãtis ad debitũ ordinẽ p ſanitatẽ reduciṫ: ꝙ tũc factus ſit ſciẽs:q̃ſi ſcientia de nouo generata ſit in ipſo:q2 inerat ei potẽtia habitualis ad cõgruitatẽ ſcie.ſ.vt reduceretṫ ad cõgruũ ſtatũ:quo vti ſcia poſſet. Dicit aũt ꝙ tale aliqd cõtingit cũ aliqs a pn⁹ acqrit ſciam. Uideṫ.n.hoc fieri p hoc ꝙ fit quedã qetatio ꝛ reſidẽtia turbatiõis.ſ.inordinataꝝ motionũ que pueris inſunt:tũ ſm corpus:q2 nã tota eſt in mutatiõe pp augmẽtũ:tũ ẽt ſm ptẽ ſenſitiuam:q2 in eis paſſiões dñanṫ. Uñ hoc qḋ dicit[qes]põt referri ad turbationẽ corporalis motus q̃ qeſcit:nã veniẽte ad ſtatum. Qḋ aũt dicit[reſidẽtia]põt referri ad paſſiões ptis ſenſitiue:q̃ nõ totaliṫ qeſcũt:ſed reſidẽt ex hoc.ſ.ꝙ deprimunṫ ex rõne:nõ aũt vſqꝫ ad pturbãdã rõnẽ aſcẽdũt.ſicut dicimus reſidẽtiã in liquorib⁹:qñ id qḋ eſt feculẽtũ deſcẽdit inferius ꝛ id qḋ eſt ſupius remanet purũ. Hec eſt igiṫ cã quare iuuenes nõ pñt addiſceṫ capiẽdo ea q̃ ab alijs dicũtur:neqꝫ per iteriores ſenſus pñt iudicare de auditis:aut de qbuſcũqꝫ eoꝝ cognitioni occurrẽtibus:ita bñ ſicut ſeniores vel pſbyteri:qḋ idẽ eſt. Nã pſbyter in greco ẽ idẽ ꝙ ſenior in latino. Et hoc iõ q2 multa pturbatio ꝛ mult⁹ motus eſt circa ipſos iuuenes:vt dictũ eſt. Sed hui⁹ turbatio totaliṫ tolliṫ vel ẽt mitigaṫ:aliqñ qdeꝫ a natura:ſicut qñ pueniṫ ad ſtatũ ſenectutis.in quo hui⁹ motus qeſcit. Aliqñ aũt ab aliqbus alijs cauſis:ſicut ab exercitio ꝛ cõſuetudine:ꝛ tũc pñt bñ addiſcere ꝛ iudicare. Et ide eſt ꝙ exercitiũ virtutũ moraliũ per quas hui⁹ paſſiones refrenanṫ multũ valet ad ſciam acqrẽdã. Siue ergo per nãm: ſiue p exercitiũ vtutis:turbatio paſſionũ qeſcat:attendiṫ in hoc q̃dã alteratio:cũ paſſiones hui⁹ ſint ſm partẽ ſenſitiuã. Sicut etiã eſt aliqua alteratio corporalis:cuꝫ dormiẽs ſurgit ꝛ fit vigilãs pcedẽs ad actũ. Ex quo pꝫ ꝙ acceptio ſcie nõ eſt alteratio:ſed ſequiṫ alterationẽ. Ex hoc aũt vlterius vlṙ ꝯcludit ꝙ alteratio eſt in ſenſibus exteriorib⁹ ꝛ in ſenſibilib⁹ ꝛ in tota pte aie ſenſitiua. Qḋ dicit propter paſſiões iteriores. Sꝫ in nulla alia pte aie ẽ alteratio:niſi p accñs. ¶ Qḋ aũt Ariſto. hic de acceptiõe ſcie dicit:vi ee ꝯꝫ platõicã opinionẽ. Poſuit.n. Plato ꝙ ſicut forme ſeparate ſunt cãe generatiõis ꝛ exiſtẽtie reꝝ nãliũ per hoc ꝙ mã corpalis pticipat aliqualiṫ huiuſmodi formas ſeparatas:ita ſunt ẽt cã ſcie in nobis p hoc ꝙ aia nr̃a eas aliqualiṫ pticipat:ita ꝙ ipſa pticipatio formaꝝ ſeparataꝝ in aia nr̃a eſt ſcia. Sic.n.veꝝ erit ꝙ accipiṫ ſcia a pncipio nõ p generationẽ alicui⁹ ſcie in aia:ſed ſolũ p qetationeꝫ corporaliũ ꝛ ſenſibiliũ paſſionũ qbus ipediebaṫ aia ſcia vti. Sic ẽt veꝝ erit ꝙ nulla mutatiõe facta in intellectu ad ſolã pñtiã ſenſibiliũ:quoꝝ expiẽtiã accepimus fit hõ ſciẽs:ſic de relatiuis accidit:q2 ſenſibilia ſꝫ hoc nõ ſunt neceſſaria ad ſciaꝫ:niſi vt ab eis quodãmodo aia excitetur.

Opinio Platõis circa acceptionẽ ſcientie

¶ Ari.

Ja q̃ vel/ aliq̃ cer nobis ma terá Ari stotiis a Platóe. Li.i pa. Lec.7.&. t.2. Lec.7.&. t.45. Lec.5.in pm. L.cō.Ab.

¶ Ari. aūt opinio est ꝙ scia sit in aia per hoc ꝙ spēs itel/ ligibiles abstracte ꝑ itellectū agētē recipiunt in itellectu possibili. vt dī in tertio de aia. Uñ ꝛ ibidē dī ꝙ itelligere est quoddā pati: ꝫ alia sit passibilitas sensus ꝛ itellectus. Nec est icōueniēs ꝙ Arist. hac opiniōe Platōis vtatur. Est eni sue ꝯsuetudinis ꝙ anteq̃ ꝓbet suā sniaꝫ veraꝫ snia alioꝝ. sicut in tertio vius est ꝙ oē corpus sensibile hꝫ gra uitatē vel leuitatē ſm opinionē Platōis. Cuius ꝯ̃riū ipse ostēdet in ṗmo de celo. ¶ Saluant tñ ꝛ he rōnes ſꝫ opi/ nionē Ar. Ad cuius euidētiā ꝯsiderādū est ꝙ susceptiuū aliqḋ tripl'r pōt se hr̄e ad formā suscipiēdā. Quādoqꝫ.n. est in vltima dispōne ad susceptionez forme: nullo īpedi/ mēto existēte nec in ipso nec in alio: ꝛ tūc statiꝫ ad p̄ntiā actiui susceptiuū recipit formā absqꝫ aliq̃ alteratiōe: sicꝫ ꝑꝫ in aere illuminato ad p̄ntiā solis. Aliq̄n aūt susceptiuū nō est in vltia dispōne ad susceptionē forme. ꝛ tūc per se reqrit alteratio ſm quā mā dispōnē acq̄rat vt sit ꝓpria huic forme: sicꝫ cū de aere fit ignis. Aliq̄n vō susceptiuū ē in vltima dispōne ad formā: ſꝫ adest aliqḋ īpedimētum: sicut cū aer īpedit ad susceptionē luminis: vl' ꝑ clausionē fenestre vel ꝑ nebulas: ꝛ tūc reqrit alteratio vel mutatio per accidēs q̄ remoueat ꝓhibēs. Intellectus ergo possibi lis ſm se ꝯsideratus: semper est in vltima dispōne ad reci piēdā spēm itelligibilē. Si ergo nō sit īpedimētū statim ad p̄ntiā obiectoꝝ per experimētuꝫ acceptoꝝ aduenit eis spēs itelligibilis. sicut speculo forma specularis ad p̄ntiā corporis. Et ſm hoc ꝓcedit ṗma eius ratio qua dixit sciē tiam esse ad aliquid. Si vō sit impedimentum sicut hīne nibus accidit: opꝫ huiꝰ impedimenta auferri ad hoc ꝙ spēs intelligibilis in itellectu recipiatur: ꝛ sic per accidēs necessaria est alteratio. LEC. VII.

¶ Dubitabit aūt q̄spiā si sit ois motus oī motui cōpa rabilis: necne. Nā si sit: atqꝫ id celeritas sit: eque qḋ in tp̄e equali spatiū trāsit eq̄le: erit aliq̃ circūferētia equalis linee recte: ꝛ maior etiam atqꝫ minor. Pre/ terea alicui lationi alteratio erit equalis: cū in equa/ li tp̄e aliud fuerit alteratū: aliud latū. Affectus ergo longitudini erit equalis. At esse non potest.

T.c.26.

Dubitabit aūt vtiqꝫ aliqs vtrū ois mo/ tus oī cōparabilis sit aut nō. Si igitur ois cōparabilis est: ꝛ equal'r velox est qḋ in equali tēpore equale mouetur: erit circularis aliquis equalis recto: ꝛ maior ēt ꝛ minor. Amplius alteratio ꝛ loci mutatio q̄/ dam equalis: cū in equali tēpore aliqḋ quidem alteretur: aliud vō ducatur. Erit ergo passio equalis longitudini. Sed impossibile est.

Postq̃ Phs ostēdit ꝙ in mobilibus ꝛ motoribus necesse est ponere aliqḋ ṗmū. q2 ea que sunt vnius ordinis vident cōparabilia eē: ꝛ hoc ipsū qḋ ē ṗus ꝛ posterius cōparationē īportat: vult ex ꝯsequēti ingrere de motuū cōparatiōe. Et circa h̄ duo fac. Prio eni ondit qui motus sint cōparabiles adiuicē. Scdo qualr motꝰ ad inuicē cōparent. ibi. Qm̄ aūt mouēs mouet ꝛc. Circa ṗm tria facit. ṗ mouet dubitationē. Scdo obycit ad ptes du bitatiōis. ibi. Si g̃ cū inequali ꝛc. Tertio dubitationes soluit. ibi. Sed q̄cūqꝫ nō equoca ꝛc. Mouet aūt dubi/ tationē: ṗmo qdē in cōi q̄rēs: vtꝝ ois motus sit cōparabi lis cuilibet motui. vel nō. Deide vō in spāli dubitationē inferēs: ṗmo qdē de motibꝰ vnius generis: q2 si ois motꝰ cuilibet motui sit cōparabilis ſm velocitatē ꝛ tarditatē: dictū est autez in .6. ꝙ equalr velox est qḋ mouet in eq̄li tp̄e per eq̄le spatiū: sequet ꝙ motꝰ circularis sit equalis

Utrū ois motus oī motui cō parabilis sit. Lec.3.&. t.4.

recto ꝛ maior ꝛ mior in velocitate. Et vlteriꝰ ꝙ linea cir cularis sit eq̄lis linee recte in q̄ntitate: aut maior ꝛ mi/ nor: ex quo eq̃ velox est qḋ per eq̄le mouet in equali tp̄e. Deinde īfert dubitationē de motibꝰ diuersoꝝ geneꝝ. Si eniꝫ oēs motus cōparabiles sunt in velocitate: sequet ꝙ si in eq̄li tp̄e h̄ qdē alteret: illud vō moueat ſm locuꝫ: ꝙ sit eq̄lis in velocitate alteratio: loci mutatiōi. Et vlteriꝰ ꝑ diffinitionē eq̃ velocis: sequet ꝙ passio .i. passibilis q̄li/ tas: ſm quā est alteratio: sit eq̄lis lōgitudini spatij q̄ ptrā situr per motū localē. Quod est impossibile manifeste: q2 nō cōueniunt in eadē rōne quantitatis. ¶ Secundo ibi.

¶ At eni cū in eq̄li tp̄e q̄ppiam per equalē mouetur: tū illud eque celere est. Affectus vō nullus lōgitudi ni est eq̄lis. Quare non erit alteratio lationi equalis nec minor. Quo fit: vt nō ois motus sit cōparādus.

¶ Si ergo in equali tēpore ſꝫ equale moueatur: tūc equal'r velox est. Equalis autē nō est passio ois lōgitudini: quare nō erit alteratio loci muta tiōi eq̄lis neqꝫ mior. Quare nō ois cōparabilis.

¶ Obycit ad ꝓpositā dubitationē. Et ṗmo quātū ad cō/ parationē alteratiōis ꝛ loci mutatiōis. Scdo quātum ad cōparationē motꝰ circularis ꝛ recti. ibi. In circulo aūt ꝛ recto ꝛc. Cōcludit g̃ ṗmo ex ṗmissa rōne ad ipoſe ducē/ te: ꝯ̃riū posito. q̄si dicat. Dictū est ꝙ icōueniēs est passio/ nē eē eq̄lē lōgitudini: ſꝫ tūc aliqḋ est equal'r velox: cuꝫ in eq̄li tp̄e mouet per eq̄le: g̃ cū nulla passio sit eq̄lis lōgitu dini: sequit ꝙ loci mutatio nō est eq̄lis in velocitate alte rationi: neqꝫ maior aut minor. Ex quo vlterius concludi poterit ꝙ nō oēs motus sint comparabiles. ¶ Scdo ibi.

¶ Sed in circulo rectaqꝫ linea: quonam accidet mō. Nam absurdum est: si non sit vt hoc similiter super circulo: ꝛ hoc super recta linea moueatur. Sed con/ tinuo celerius alterum: aut tardius moueri necesse est: quasi hoc sit decliue: illud accliue.

¶ In circulo aūt ꝛ recto q̄lio cōtinget? Incōue/ niēs qdeꝫ eniꝫ est. nisi sit in circulo sil'r hoc aliqḋ moueri: ꝛ h̄ in recto. Sꝫ mox neēe est aut velo/ cius aut tardiꝰ: sicut hoc deorsuꝫ: h̄ aūt sursum. T.c.22.

¶ Prosequit quātū ad aliā ptē dubitatiōis. s. de motu cir culari ꝛ recto. Et ṗmo obycit ad h̄ ꝙ motꝰ circularis sit eq̃ velox motui recto. Scdo obycit in ꝯ̃riuꝫ. ibi. At vō si sunt cōparabilia ꝛc. Circa ṗm duo fac. Prio obycit ad ꝓ/ positū. Scdo excludit cauillosaꝫ rōnē. ibi. Ampliꝰ nihil differt ꝛc. Obycit aūt ṗ sic. Motus circularis ꝛ rectꝰ sūt differētie motꝰ localis. sicut ꝛ motꝰ sursuꝫ ꝛ deorsuꝫ: ſꝫ sta tim necesse ē ꝙ aliqḋ velociꝰ aut tardius moueat si vnū mouet sursuꝫ aliud deorsuꝫ. Uel ēt si idē q̄nqꝫ mouetur sursuꝫ. q̄nqꝫ deorsuꝫ. Uidet g̃ ꝙ sil'r oporteat dicē ꝙ mo/ tus rectus sit velocior aut tardior circulari: siue idē sit qḋ mouet circulariter ꝛ recte: siue aliud ꝛ aliud. Est aūt ꝯsi/ derādū ꝙ in hac rōne nō facit mētionē de graui ꝛ leui: ſꝫ de velociori ꝛ tardiori: q2 hec rō sumit ex silitudie motꝰ q ē sursū: cuiꝰ ṗnm ē leuitas: ꝛ motꝰ q ē deorsuꝫ: cuiꝰ ṗnm ē grauitas. Quidā aūt existimauerūt grauitatē ꝛ leuitatez idē eē velocitati ꝛ tarditati: qḋ ignto remouit. ¶ 2ꝰ ibi.

Utrū motus circularis sit eq̃ velox mo tui recto. Lec.7.&. c.44.

¶ Preterea nihil refert ad rōnē si q̄spiam necessitate dixerit eē celerius ꝯtinuo: aut tardius moueri. Erit eniꝫ circūferētia maior ꝛ minor linea recta: quare ꝛ eq̄lis. Nā si in eodē .a. tp̄e: hoc qdē .b: illō vō .c. lineā ptrāsiuit. Maior erit .b. linea profecto ipsa linea .c. Hoc eniꝫ pacto celerius mobile diffiniebat. Et si in minore igitur equalē trāsierit celerius erit: quare po


quedam erit tẽporis.a.in qua celerius mobile partẽ aliquam transit ipsius circũferẽtie.b.toto in tẽpore mobili tardiore transeunte totam lineam.c.

T.c.33. ¶ Ampli⁹ nihil differt i rõne si aliqs dicat necessariũ eẽ veloci⁹ moꝝ aut tardi⁹ moueri. Erit aũt maior ꝛ minor circularis recto: q̃re ꝛ eq̃lis. Si eni i.a.tpe ip̃z.b.trãsit: aliud aũt ipsuz.c: mai⁹ erit b.ip̃o.c: sic eni veloci⁹ eẽ dcm̃ ẽ. Ergo si ꝛ i minori eq̃le: veloci⁹ ẽ. Quare erit aliq̃ p̃s ipsi⁹.a.i quo ipsius.b.circuli trãsibit: cuz in toto.a.ipsum.c.

¶ Excludit quandã cauillosam obuiationẽ. Posset.n.aliquis ꝓpter rõnẽ p̃missam cõcedere q̧ motus circularis eẽt aut velocior: aut tardior q̃ȝ rectus: nõ aũt eque velox. Et hoc excludit dicẽs q̧ nihil differt quãtũ ad p̃ſẽtẽ rõnẽ si aliqs dicat q̧ necessariũ ẽ q̧ id q̃d mouet̃ circulariter moueat̃ veloci⁹ aut tardius q̃ȝ id q̃d mouet̃ recte: q̄ ſm hoc mot⁹ circularis erit maior vel minor in velocitate q̃ȝ rectus. Uñ sequit̃ q̧ ẽt eẽ possit eq̃lis. Et q̧ hoc sequatur manifestat sic. Sit.a.tẽpus in quo aliqd velocius motuȝ pertrãseat ipsuz.b.qui est circulus. Aliud autẽ tardius in eodẽ tẽpore ꝑtrãseat ipsuz.c.q̃d est recta linea. Quia ergo velocius in eodẽ tẽpore ꝑtrãsit maius: sequet̃ q̧.b.circulus sit aliqd maius q̃ȝ.c.linea recta. Sic enim supra in.6.

T.co.3.t. com.ii. diffiniuimus velocius. Sȝ ibidẽ etiã diximus q̧ veloci⁹ in minori tẽpore ꝑtrãsit equale: ḡ erit accipe aliquã ꝑtem hui⁹ tẽporis q̃d est.a.in qua corpus q̃d circulariter mouet̃ pertransibit aliquã ꝑtẽ hui⁹ circuli q̃d est.b.ꝛ in eadẽ ꝑte tẽporis ꝑtrãsibit ipsum.c.cũ tñ corpus tardius in toto.a.tẽpore pertransiret totum.c. Sequet̃ ergo q̧ illa pars circuli sit equalis toti.c.q̄ idẽ pertransit equale in equali tẽpore. Et sic linea circularis erit equalis recte: ꝛ motus circularis per cõsequẽs eq̃ velox recto. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Ostensio q̧ si motus circularis sit maior vel minor in velocitate q̃ȝ rectus: q̧ possit etiam equalis esse.



¶ At vero si cõparabilia sint accidit id q̃d nuper est dictũ: lineã inq̃ȝ rectã eq̃lẽ circũferẽtie eẽ. At cõparabilia nõ sunt. Nec igitur motus ipsi cõparabiles sũt.

¶ At vero si sũt cõꝑabilia: accidit mõ dcm̃ eq̃le eẽ rectũ circulo. Sȝ nõ cõꝑabilia sũt: neq̧ ḡ mot⁹.

¶ Obijcit in ꝯtrariũ: q̄ si motus circularis ꝛ rectus sunt cõparabiles in velocitate: sequit̃ q̃d mõ dictũ est.s.q̧ linea recta sit equalis circulo: ꝓpter hoc q̧ eque velox est q̃d ꝑ eq̃le mouet̃. Sed linea circularis ꝛ linea recta nõ sunt cõparabiles vt possint dici equales: ergo neq̧ mot⁹ circularis ꝛ rectus possunt dici eque veloces. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed vt videt̃ ea cũcta cõparabilia sunt: que nõ equiuoca sunt. Ueluti cur cõparabilia nõ sunt stilus: ꝛ vinũ: aut vltima fidiũ: vtrũ acutius sit. Quia nãq̧ equiuoca sunt: ideo conferenda non sunt. Sed vltima fidiũ ꝛ penultia: cõparabiles sunt: q̄ acutũ idẽ significat in vtrisq̧. Non igitur idem est celere hic: ꝛ ibi. Multo etiam minus in alteratione ac latione.

¶ Sȝ q̃cũq̧ nõ equiuoca: oĩa cõꝑabilia sũt. Qualiter aũt ip̃uz nõ cõparabile: vtꝝ acuti⁹ stil⁹ aut vinũ: aut vltia. Quia eni equiuoca nõ cõparãt̃. Sȝ vltia ei q̃ iuxta vltimã cõparabilis ẽ: q̃m idẽ accidit acutũ i vtrisq̧. Ergo nõ idẽ velox ꝛ hic ꝛ ibi. Multo ãt adhuc min⁹ i alteratõe ꝛ loci mutatõe.

¶ Soluit ꝓpositã dubitationẽ. Et p̃mo inquirit in cõmuni qd ꝛ cui sit aliqd cõparabile. Scd̃o adaptat ad ꝓpositum.ibi [Sic ꝛ circa motũ ꝛc̃.] Circa p̃mũ tria facit. Primo ponit vnũ q̃d reqrit̃ ad cõparationeȝ. Scd̃o zᵐ.ibi [Aut q̄ sunt in alio ꝛc̃.] Tertio ꝯcludit tertiũ.ibi [Si ergo nõ solũ ops ꝛc̃.] Circa p̃mũ tria facit. Primo ponit qd reqrit̃ ad cõparationẽ. Secũdo obijcit in cõtrariũ.ibi [Aut primum qdẽ ꝛc̃.] Tertio soluit ibi [Aut ꝛ in his eadẽ ratio.] Dicit ergo p̃mo. q̧ quecũq̧ non sunt equiuoca vident̃ esse cõparabilia: ita.s.q̧ ſm ea que nõ equiuoce p̃dicant̃ possint ea de q̄bus p̃dicant̃ adinuicẽ cõparari. Sicut acutũ equiuoce sumit̃. Uno.n.mõ dĩ in magnitudinibus: ſm quem modũ angulus dĩ actus: ꝛ stilus acutus. Alio mõ dicit̃ in saporibus: ſm quẽ modũ vinũ dĩ acutuȝ. Tertio mõ dĩ in vocibus: ſm quẽ modũ vox vltima.i.suprema in melodijs vel chorda in cithara dicit̃ acuta. Jd̃ ergo nõ potest fieri cõparatio vt dicat̃ qd sit acutius: vtrũ stilus: aut vinuȝ: aut vox vltima: q̄ acutũ de eis equiuoce p̃dicat̃. Sed vox vltia põt cõparari ſm acuitatẽ ei que est iuxta ipsaȝ in ordine melodie: ꝓpter hoc q̧ acutũ nõ equiuoce: sed ſm eandem rationem predicatur de vtraq̧. Scd̃m hoc ergo poterit dici ad propositam questionem q̧ ideo motus rectus ꝛ circularis non comparantur in velocitate: q̄ velox equiuoce dicit̃ hic ꝛ ibi. Et multo minus est eadem ratio velocis in alteratione ꝛ loci mutatione: vnde etiam hec multo minus comparabilia sunt. ¶ Secundo ibi.

Primus q̃d reqrit̃ ad bonã comparationem.

¶ An id verum non est: si non equiuoca sint: comparabilia esse. Multum eniȝ idem in aere atq̧ aqua significat. Cõparabilia tamẽ nõ sunt. Quod si hoc nõ sit: at duplum est vnum. Est enim id q̃d rationẽ duorum habet ad vnum: non tamen comparabilia sunt.

¶ Aut p̃mũ qdẽ h̃ nõ veꝝ ẽ: q̧ si nõ sint equiuoca cõparabilia sũt. Multũ eni idẽ significat in aq̃ ꝛ in aere: ꝛ nõ sũt cõparabilia. Si aũt nõ: dupluȝ qdẽ idẽ. Duo.n.ad vnũ. Et nõ cõparabilia sũt. T.c.35.

¶ Obijcit contra id q̃d dictum est: ꝛ dicit q̧ quãtũ ad primum aspectũ: hoc non videtur esse verum q̧ si aliqua nõ sunt equiuoca q̧ sint comparabilia. Inueniuntur.n.aliqua non equiuoca que tamen non sunt comparabilia. Sicut hoc ipsum q̃d est multum: ſm eandẽ rõnem dĩ de aqua ꝛ de aere: ꝛ tñ non sunt cõparabilia aer ꝛ aqua ſm multitudinem. Si aũt nõ velit aliquis hoc concedere q̧ multuȝ idem significet propter eius cõmunitatem: saltem concedet q̧ duplũ q̃d est species multiplicis idem significat in aere ꝛ aqua: vtrobiq̧ enim significat proportionem duorũ ad vnũ: ꝛ tñ nõ sunt cõparabilis aer ꝛ aq̃ ſȝ duplũ ꝛ dimidiũ: vt dicat̃ q̧ aq̃ ẽ duplũ aeris: aut ecõuerso. ¶ 3⁹ ibi

¶ An

¶ An ꝛ in his eadẽ est ratio. Nã ꝛ ipm multuȝ equocũ est. Sed sunt quoꝝ ꝛ rõnes equoce sunt: ceu si qspiam dicat multũ id eẽ qḋ est tãtũ ac vltra: ꝛ eq̃le equocũ. Et si forte fuerit ꝛ ipsuȝ ꝯtinuo vnũ. Qḋ si hoc est equocũ: ꝛ ipsa etiam duo equoca sunt.

T.cõ.26. ¶ Aut ꝛ in his eadẽ ratio. Et nãqȝ multũ equocũ. Sȝ quorũdã ꝛ rõnes equoce sũt: vt si dicat aliqs ꝙ multũ est tãtũ ꝛ adhuc: ꝛ si aliud aliqd tantũdẽ ꝛ eq̃le: equocũ esset. Et vnũ aũt si ꝯtin-
T.cõ.27. git: statim equiuocũ. Si aũt ꝛ hec: ꝛ duo.

¶ Soluit ꝑpositã obiectiõem. Et circa h̄ duo facit. Prio ponit solutiõem. Scḋo ꝯfirmat eã: quãdã qõnẽ mouẽdo: ibi [Quoniaȝ ꝑpter qd.] Dicit ergo p̄mo. ꝙ pōt dici ꝙ in multo ꝛ duplo est eadẽ rõ q̃re nõ sũt cõparabilia ſm ꝙ dicunt̃ de aqua ꝛ aere: q̃ dicta est de acuto ſm ꝙ dicitur de stilo: vino: ꝛ voce: qꝛ ẽt h̄ ipm qḋ est multũ equocũ est. Et qꝛ posset aliqs ꝯ hoc obijcere ex hoc ꝙ ẽ eadẽ rõ multi ſȝ ꝙ dicit̃ de vtroqȝ. Ad hoc excludẽdũ subiũgit ꝙ ẽt [rõnes] .i. diffinitiones quorũdã sũt equoce: sicut si dicat aliqs ꝙ diffinitio multi ẽ. qḋ est tãtũ ꝛ adhuc amplius: h̄ ipm qḋ est tantũdeȝ ꝛ eq̃le qḋ idẽ est: equocũ est: qꝛ eq̃le est qḋ habet vnã quãtitatẽ. Nõ est aũt eadẽ rõ vni⁹ ꝛ quãtitatis in oĩbus. Ponit̃ aũt hic ratio multi ſm ꝙ multuȝ importat cõparationẽ ꝑut opponit̃ pauco: ꝛ nõ ſm ꝙ accipit̃ absolute ꝑut opponit̃ vni. Et qḋ dixerat de multo dicit cõsequẽter de duplo. Quãuis .n. rõ dupli sit ꝙ est ꝑportio duoꝝ ad vnũ: tamen ista ẽt rõ ꝯtinet equocationẽ qꝛ forte pōt dici ꝙ ipm vnũ est equocũ. Et si vnũ equoce dicit̃ sequitur ꝙ duo. qꝛ duo nihil aliud est q̃ȝ bis vnum.

Notãdũ. ¶ Est aũt ꝯsiderandũ ꝙ multa qdẽ ſm abstractã ꝯsiderationẽ vel logici vel mathematici nõ sũt equoca que tñ ſm ꝯcretã rõnẽ nãlis ad materiã applicãtis equoce quodãmodo dicũtur. qꝛ nõ ſm eandẽ rõnem in q̃libet materia recipiũtur. Sicut quãtitatẽ ꝛ vnitatẽ que est p̄n^m numeri nõ ſm eandẽ rõnem ꝯtingit inuenire in corporibus celestibus ꝛ in igne ꝛ aere ꝛ aqua. ¶ Secundo ibi.

¶ Nam cur alia comparabilia: alia non comparabilia sunt: si natura est vna.

¶ Quoniam propter quid comparabilia alia qdem sunt: alia ṽo non: siquidẽ erat vna nã.

¶ Cõfirmat qḋ dictũ est mouẽdo quandã qõnẽ. Si .n. dicatur ꝙ sit vna natura multi ꝛ dupli ꝛ aliorum hui⁹ que non sunt comparabilia sicut eoruȝ que vniuoce predicantur. remanet qḋ quare quedam que habent vnã naturaȝ sunt cõparabilia: quedã ṽo nõ sũt cõparabilia. Videt̃ .n. ꝙ de silib⁹ debeat eẽ idẽ iudiciũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ An qꝛ in alio p̄mo sunt susceptiuo. Equus igit̃ ꝛ canis cõparabilia sunt: vtrũ ipsoꝝ albius sit. Est enim ipsa supficies idẽ: in qua p̄mo est ipa albedo. Et de magnitudine modo eodẽ. At voꝝ ꝛ aqua cõparãda nõ sunt: in alio nanqȝ est susceptiuo.

¶ Aut qꝛ sunt in alio primo susceptiuo. Equus quidẽ igit̃ ꝛ canis cõparabilia sunt: vtrũ albius. In quo eni prio idẽ ẽ supficies. Et magnitudo silr. Aqua aũt ꝛ voꝝ nõ: i alio nãqȝ subiecto sũt.

2^m reqṡitũ ad cõparationeȝ. ¶ Rñdet ad qõnẽ motã ponẽdo 2^m qḋ ad cõparationẽ requirit̃. Et circa h̄ duo facit. Prio pōit 2^m qḋ reqrit̃ ad cõparatiõeȝ. Scḋo ostẽdit ꝙ nec istud sufficit. ibi [Aut manifestũ est.] Dicit ḡ p̄mo ꝙ ista pōt eẽ rõ q̃re quedã quorũ est vna natura sunt cõparabilia. quedã ṽo nõ: qꝛ si vna natura recipiat̃ in diuersis ſm vnũ p̄mũ subm: erunt illa adinuicẽ cõparabilia: sicut equus ꝛ canis cõparari pñt ſȝ albedinẽ: vt dicat̃ qḋ eoꝝ sit albius: qꝛ nõ solũ est eadem nã albedinis in vtroqȝ. sed ẽt est vnũ p̄mũ subiectum: in quo recipit̃ albedo. s. supficies. Et silr magnitudo est cõparabilis in vtroqȝ: vt dicat̃ qḋ eoꝝ sit maius: qꝛ idẽ est subm magnitudis i vtroqȝ. s. suba corpis mixti. Sed aq̃ ꝛ voꝝ nõ sũt cõparabilia ſm magnitudinẽ: vt dicat̃ ꝙ voꝝ est maior q̃ȝ aq̃: aut ecõuerso: qꝛ lȝ magnitudo ſȝ se sit eadẽ: nõ tñ est idẽ receptiuũ: qꝛ ſm ꝙ dicit̃ de aq̃ subiectuȝ eius est substantia: ſm aũt qḋ dicitur de voce subiectum eius est sonus qui est qualitas. ¶ Secundo ibi.

¶ An hoc pacto omnia qspiam faciet vnum. Unum quodqȝ autem in alio dicet esse: atqȝ erit idem equale ꝛ dulce ꝛ album: sed in alio susceptiuo.

¶ Aut manifestum est ꝙ erit omnia sic vnum facere: in alio aũt vnumquodqȝ est dicere esse: ꝙ erit idem equale ꝛ dulce ꝛ albũ: sed in alio. T.cõ.28.

¶ Ostẽdit ꝙ nec h̄ sufficit duabus rõnibus. Quarum prima est. Si ꝑp h̄ solũ aliq̃ essent nõ cõparabilia: qꝛ ẽ subȝ idifferẽs: sequeret̃ ꝙ oĩa haberẽt vnã naturã: qꝛ de quibuscunqȝ diuersis posset dici ꝙ nõ differũt: nisi qꝛ sũt in alio ꝛ alio subo p̄mo. Et ſȝ h̄ sequeret̃ ꝙ hoc ipm qḋ est eq̃le: ꝛ qḋ est dulce: ꝛ qḋ est albũ: esset vna ꝛ eadẽ nã: sed differret solũ per hoc qḋ est in alio ꝛ alio receptiuo. Et h̄ vr̃ incõueniẽs ꝙ oĩa habeãt vnã nãm. Est aũt ꝯsiderandũ ꝙ ponere diuersitatẽ reꝝ ꝑp diuersitatẽ susceptiui tñ ẽ opinio Platonica q̃ posuit vnũ ex pte forme: ꝛ dualitateȝ ex parte mãe: vt tota diuersitatis rõ ex mãli p̄n^o proueniret. Unde ꝛ vnũ ꝛ ens posuit vniuoce dici: ꝛ vnaȝ significare naturam. Sed ſm diuersitatem susceptiuorum rerũ spẽs diuersificari. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Preterea susceptiuũ nõ ẽ qõuis: sȝ vnũ vni⁹ p̄mũ.

¶ Amplius susceptiuũ cuiuslibet accidentis nõ ꝯtingens est. Sed vnũ vnius est primum. T.cõ.29.

¶ Et est. ꝙ non quodlibet est susceptiuum cuiuslibet: sed vnum est primo susceptiuum vnius. Et sic forma ꝛ susceptiuũ adinuicem dicuntur. Si ergo sunt plura prima susceptiua: necesse est ꝙ sint plures nature suscepte. Aut si est vna natura suscepta. necesse est ꝙ sit vnum primum susceptiuum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atvꝛ̃ nõ solũ ea q̃ cõparant̃ nõ equoca eẽ: sȝ ẽt nec id qḋ iest: nec id i quo inest dr̃iaȝ hẽre opȝ. Dico aũt hoc modo. Color habet diuisionẽ. Nõ igit̃ hoc ipso sit cõparatio: veluti vtrũ magis sit coloratũ non aliquo colore: sed colore vt color est. Sed albedine sit.

¶ Sic ḡ nõ solũ opȝ cõparabilia nõ equoca eẽ: sȝ nõ habere dr̃iaȝ: neqȝ qḋ: neqȝ i quo. Dico ãt sicut color hȝ diuisionẽ: nõ ḡ cõparabile ſm h̄: vt vtꝝ coloratũ magis sit albũ: q̃ȝ nigrũ. Hec .n. cõparãt̃ nõ ſm aliquẽ colorẽ: sȝ inquantum color. Sed ſm album.

Tertiũ requisitũ ad hoc ꝙ aliq̃ sint adinuicẽ cõparabilia. ¶ Concludit ꝙ reqritur tertiũ ad hoc ꝙ aliq̃ sint cõparabilia ꝛ dicit ꝙ opȝ ea que sunt comparabilia non solũ nõ esse equoca: qḋ erat primũ: sed ẽt non habere dr̃iaȝ: neqȝ ex parte subiecti primi in quo aliqd recipitur: quod erat 2^m: neqȝ ex parte eius quod recipitur: quod est formalis natura: ꝛ hoc est tertiuȝ. Et exẽplificat de hoc tertio: qꝛ color diuiditur in diuersas spẽs coloris: vnde non est cõparabile ſm ꝙ de eis predicatur: lȝ non dicatur equiuoce: ꝛ lȝ etiaȝ habeat vnum primũ subiectũ: qḋ est superficies qḋ est primũ subiectũ generis: non aũt alicuius speciei coloris. Non enim possumus dicere quid sit magis colora-

tum:vtrum album vel nigrum. Hec.n.cõparatio non eẽt ſm aliquã determinatã ſpẽm coloris: ſed ſm ipſum colorẽ cõem. Scðm vo albũ qð nõ diuiditur ĩ diuerſas ſpecies: poteſt fieri comparatio oĩum alboꝝ: vt dicatur quid ſit albius.

LEC. VIII.

¶ Sic igitur: ꝛ circa motum id eſt eque celere: quod in equali tempoꝛe per equale eſt motum: tantũ inq̃: longitudinis huius.

Sic ꝛ circa motuz eque velox quod in equali tẽpoꝛe mouetur per equale tãtum longitudinis in hac.

Poſtq̃ Phs oñdit ĩ cõi qd reqraẽ ad h̃ q̃ aliq̃ ſint cõparabilia: applicat iuẽtã vitatẽ ad cõparationẽ motuũ de q̃ h̃ ĩtẽdit. Et p̃mo ĩ cõi. Scðo cõparãdo motus diuerſoꝝ generũ. ibi [Si ãt aliud.] Tertio cõparãdo mot⁹ vni⁹ generis adinuicẽ: ibi [Quare ſi qua ĩ eq̃li.] Dicit g̃ p̃ q̃ ſicut in alijs reqriẽ ad h̃ q̃ ſint cõparabilia q̃ nõ ſint equoca: ꝛ q̃ ſit idẽ p̃ᵐ ſuſceptiuuz. ꝛ q̃ ſit eadẽ ſpẽs: ſic ꝛ circa motũ eq̃ velox dẽ illud qð mouetur in eq̃li tempoꝛe per tantum ꝛ eq̃le alterius longitudinis [ĩ hac] .i. ſm mutationẽ eiuſdẽ ſpẽi. ¶ Secũdo ibi.

¶ Sed ſi aliqd fuit alteratũ: aliud latum: erit ne equalis hec alteratio lationi: atq̃z eiuſdem celeritatis. At abſurdũ eſt ſane. Et cã eſt: ſpecies motum habere.

T.cõ.30. ¶ Si aũt aliud quidem alteratum eſt: aliud ꝓductum. Equalis ergo hec alteratio: ꝛ ſimiliter velox loci mutatio. Sed inconueniẽs. Cauſa autem q̃ motus habet ſpecies.

¶ Agit de cõparatione motuũ diuerſoꝝ generũ: ꝛ dicit ſm p̃miſſa q̃ ſi vnũ mobile altereẽ: aliud vo ducaẽ .i. ſm locũ moueaẽ: nũqd põt dici q̃ alteratio ſit eque velox loci mutatiõi. Sz h̃ dicere ẽ incõueniẽs. Cuius cã eſt: q̃ motus hʒ diuerſas ſpẽs: ꝛ iã dictũ eſt q̃ ea q̃ non ſunt vnius ſpẽi nõ ſunt cõparabilia: q̃ g̃ loci mutatio nõ ẽ eiuſdem ſpẽi cũ alteratiõe nõ ſũt cõparabiles velocitates alterationis ꝛ loci mutationis. ¶ Tertio ibi.

¶ Quare ſi ea q̃ in eq̃li tp̃e p̱ eq̃lẽ lõgitudinẽ lata eq̃lis celeritatis ſint: recta linea circũferẽtie erit eq̃lis.

¶ Quare ſi que in equali tẽpoꝛe ducta equali lõgitudie eq̃ velocia: erit eq̃lis rectus ꝛ circularis.

¶ Agit de cõparatiõe motuũ vni⁹ generis in eodẽ gñe. Et p̃ q̃tũ ad loci mutatiõem. Scðo q̃tũ ad alterationẽ ibi [De alteratiõe aũt q̃uo.] Tertio q̃tũ ad gñatiõnẽ ꝛ corruptionẽ. ibi [Et ĩ gñatiõe aũt.] ¶ De augmẽto aũt ꝛ diminutiõe mẽtionẽ nõ facit. q̃ eadẽ rõ ẽ ĩ his ꝛ ĩ loci mutatiõe: cũ ſint ꝛ ipſi ſm aliquã magnitudinẽ. Circa p̃mũ tria facit. Pͦ oñdit qd reqriẽ ad h̃ q̃ duo motus locales ſint adiuicẽ cõparabiles. Scðo excludit qðdã qð videbaẽ ad h̃ reqri. ibi [Aliqñ aũt in quo.] Tertio ꝯcludit p̃ncipalẽ itẽtũ. ibi [Quare q̃ in eq̃li tp̃e ꝛc.] Circa p̃ᵐ duo facit. Pͦ ꝯcludit ĩcõueniẽs qð ſequereẽ ſi oẽs loci mutatiões eẽnt cõparabiles. 2° aſſignat cãz q̃re nõ ſint cõparabiles. ibi [Utꝝ g̃ cã.] Dicit g̃ p̃ q̃ ſi eq̃ velocia ſũt q̃ mouenẽ localiter p̱ eq̃lẽ magnitudinẽ in eq̃li tp̃e: ꝛ oẽs loci mutatiões ꝯtingit eẽ eq̃ veloces: ſeq̃ẽ q̃ ſit eq̃lis rectus ꝛ circularis. Qð põt itelligi dupl̃r. Uno mõ de motu recto ꝛ circulari. Alio mõ de linea recta ꝛ circulari. Et h̃ meli⁹ ẽ. Hoc.n. ſeq̃ẽ ex eo qð p̃miſit. Si.n. oĩs mot⁹ rect⁹ ꝛ circularis ſũt eq̃ veloces: ſũt aũt eq̃ veloces mot⁹ q̃ eq̃les magnitudines ptrãſeũt ĩ eq̃li tp̃e: ſeq̃ẽ q̃ magnitudo recta ꝛ circularis ſint eq̃les. Qð relinq̃ẽ p̱ incõueniẽti. ¶ 2° ibi.

So. dubitatõis tacite.

¶ Utrũ igiẽ huius eſt cã vtrũ lationẽ an lineã genus eſſe. Tẽpus enim ſemp̱ eſt idem ac indiuiduũ ſpecie. An ſimul illa ſpecie differunt. Etenim latio ſpecies hẽt: ſi id ſup̱ quo ſit motus ſpecies habet.

¶ Utrũ ergo cauſa q̃ loci mutatio genus: aut q̃ linea gen⁹. Tẽpus quidẽ eñi ſemp̱ idẽ athomõ ſp̃e. Aut q̃ ſimul illa ſp̃e differũt. Et loci mutatio ſpẽs hʒ: ſiqdez ſpẽs hʒ illud ſup̱ qð moueẽ.

¶ Ingrit de cã ĩcõparabilitatis motus recti ꝛ circularis. Quia.n. ꝯcluſerat q̃ ſi ſũt eq̃ veloces: ſeq̃ẽ ẽt magnitudines eẽ eq̃les: qð ĩcõueniẽs vr̃. Poſſet aliqs dubitare: vtrũ cã hui⁹ ĩcõparabilitatis ſit ex p̱te mot⁹ vel ex p̱te magnitudinũ. Et h̃ ẽ qð q̃rit: vtrũ cã q̃re mot⁹ rect⁹ nõ ſit eq̃ velox motui circulari ſit: q̃ loci mutatio ẽ genus ꝯtinẽs ſub ſe diuerſas ſpẽs. Dictũ ẽ aũt ſupra. q̃ ea q̃ ſũt diuerſa ſm ſpẽm nõ cõparanẽ. Aut cã eius eſt: q̃ linea ẽ gen⁹ ꝯtinẽs ſub ſe rectũ ꝛ circulare ſicut diuerſas ſpẽs. Ex p̱te ãt tp̃is nõ põt eẽ cã hui⁹ incõparabilitatis: q̃ oẽ tp̃s eſt athomõ .i. indiuiſibile ſm ſpẽm. Huic aũt qõni rñdet q̃ vtrũq̃z ſimul ꝯiungiẽ: q̃ ex vtraq̃z p̱te inuenitur dr̃ia ſpẽi: ita tñ q̃ diuerſitas ſpeciei in loci mutatione cauſatur ex diuerſitate ſpeciei in magnitudine ſuper quam eſt motus. Et h̃ eſt qð dicit. q̃ ſi illud ſup̱ qð moueẽ habet ſpẽs: ſequiẽ q̃ loci mutatio ſpẽs hẽat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea ſi id in quo ſit mot⁹ ſp̃e differat: latio quoq̃z erit diuerſa. Ueluti ſi pedes ſint: ambulatio eſt: ſi ale volatio. At nõ hoc: ſed figuris alia eſt latio.

¶ Aliqñ ãt ĩ quo: vt ſi p̱ pedes ambulatio: ſi ale volatio. Aut non: ſed figuris loci mutatio alia.

¶ Excludit qðdã qð poſſet videri eẽ reqrẽdũ ad idẽtitatẽ ſpẽi ꝛ cõparabilitatẽ in motib⁹: ꝛ dicit q̃ aliqñ loci mutatiões diuerſificanẽ ſʒ illud [in quo] .i. p̱ qð ſiẽ p̱ inſtrm ẽ loci mutatio. Sicut ſi pedes ſint qb⁹ aliqd moueẽ: dẽ ambulatio: ſi aũt ſint ale: dẽ volatio. Sed h̃ nõ facit diuerſitatẽ ſpẽi in motib⁹ localib⁹ [ſʒ figuris loci mutatio alia] .i. iſta diuerſitas mutationũ nõ ẽ ſm ſpẽz: ſʒ ſolũ ſm quãdã figurã motus: vt Cõmẽtatoꝛ exponit. ¶ Sʒ melius põt dici q̃ hic ĩtẽdit dicere q̃ loci mutatio ſp̃e nõ diuerſificaẽ p̱ inſtrã mot⁹: ſʒ p̱ figuras magnitudis ſup̱ quã trãſit mot⁹. Sic.n. rectũ ꝛ circulare differũt. Et rõ hui⁹ ẽ: q̃ mot⁹ nõ recipiũt ſpẽm a mobilib⁹: ſed poti⁹ a reb⁹ ſm q̃s mobilia moueñẽ. Inſtrumẽta autẽ ſe tenẽt ex p̱te mobiliũ: figure aũt ex p̱te rei in q̃ ẽ motus. ¶ Deĩde cũ dicit.

Expõ cõmentatoris.

Impro eiuſdem. Expo. Tho.

¶ Quare que ĩ eq̃li tp̃e magnitudinẽ eãdẽ trãſeunt: ea celeritatis eq̃lis ſunt. Eadẽ aũt nõ differẽtez ſp̃e. Que ſi eſt: ꝛ motus non diuerſus ſpecie erit. Quare cõſiderãdũ eſt quenam ſit differentia motus.

¶ Quare que in equali tẽpoꝛe mouentur ſm eãdem magnitudinẽ eque velocia: ſed idem indifferẽs ſp̃e. ꝛ moueri ĩdifferens ſp̃e. Quare hic conſiderandum que differentia motus. T.cõ.31.

¶ Cõcludit ꝓpoſitũ. Et circa h̃ tria facit. Pͦ ꝯcludit p̃ncipale ꝓpoſitũ. Scðo elicit qðdã ꝯſideratione dignũ ex ꝯcl̃one p̃miſſa ibi [Et ſi ſignificat rõ hec.] Tertio ingrit de diuerſitate ſpẽi. ibi [Qñ igiẽ altera ẽ ſpẽs.] Cõcludit g̃ p̃ q̃ ex q̃ mot⁹ nõ ſũt cõparabiles niſi ſint vni⁹ ſpẽi: ꝛ motus locales nõ ſint vnius ſpẽi niſi ſit eadẽ magnitudo ſʒ ſpẽm: ſeq̃ẽ q̃ illa ſint eq̃ velocia q̃ mouenẽ in eq̃li tp̃e ſʒ magnitudinẽ eãdẽ. Sʒ ita tñ q̃ idẽ accipiaẽ qð ẽ indifferẽs ſp̃e. Sic.n. ꝛ motui ꝯueniet q̃ ſit indifferẽs ſp̃e. Et iõ h̃ ꝯſiderãdũ eſt p̃cipue in cõparatiõe motuũ q̃ ſit differẽtia mot⁹. Quia ſi eſt dr̃ia genere vel ſp̃e nõ ſũt cõparabiles. Si aũt eſt dr̃ia ſm accñs cõparabiles ſũt. ¶ 2° ibi.

¶ Atq3 hic sermo significat genus ip3 nō eē qd vnū: sed ob hoc multa latere. Equiuocationū aūt alie nimium distāt: alie similitudinē q̄ndam hñt: alie sūt ꝓpinq̄: aut genere: aut silitudine rōnis. Quapropter etsi equocationes sunt: non esse tñ videntur.

¶ Et si significat rō hec ꝙ genus: nō vnū aliqd ē: sed iuxta h̄ latēt multa. Sūtq3 equocationū alie qdē multū distātes. Alie vo habētes q̄ndā silitudinē. Alie vo ꝓprime: aut genere: aut silitudine. Vñ nō videntur equiuocationes cum sint.

¶ Elicit ex ꝑmissis ꝙ genus nō est aliqd vnū simplr: spēs aūt est aliqd vnū simplr. Et h̄ significat ex rōne ꝓcedēti q̄ ostensum est ꝙ ea q̄ sūt vni⁹ generis nō sūt cōparabilia. q̄ vo sūt vni⁹ spēi cōparabilia sūt: cū tñ supra dcm̄ sit ꝙ eadē nā cōparabiliū ē. Ex q̄ videt̄ ꝙ gen⁹ nō sit vna nā: sed spēs sit vna nā. Et hui⁹ rō est: qꝛ spēs sumit̄ a forma vltima q̄ simplr vna ē in rex nā. Gen⁹ aūt nō sumit̄ a forma aliq̄ q̄ sit vna in rex nā: sed ꝫ rōnē tm̄. Nō est. n. aliq̄ forma ex q̄ hō sit aīal ꝓter illā ex q̄ hō ē hō. Oēs igit̄ hoīes q̄ sūt vni⁹ spēi ꝯueniūt in forma q̄ ꝯstituit spēz: qꝛ qlibet hꝫ aīam rōnalē. Sꝫ nō est in hoīe equo aut asino aliq̄ aīa cōis q̄ ꝯstituat aīal ꝓter illā aīaz q̄ ꝯstituit hoīez vel equū aut asinū. Qꝛ si eēt: tūc genus eēt vnū ꝛ cōparabile sicut ꝛ spēs. Sed ī sola ꝯsideratiōe accipit̄ forma generis ꝑ abstractionē ītellectus a diꝗs. Sic igit̄ spēs ē vnū qd a forma vna in rex nā existe: genus aūt nō est vnū: qꝛ ꝫm diuersas formas ī rex nā existētes: diuerse spēs: generis predicatiōez suscipiūt. Et sic gen⁹ est vnū logice. sed nō physice. Quia g̊ genus quodāmō ē vnū: ꝛ nō simplr [iuxta genera latēt multa] .i. ꝑ silitudinē ꝛ ꝓpinqtatē ad vnitatez generis: mltox equocatio latet. Sūt āt q̄dā equocationū multū distātes in qb⁹ sola cōitas noīuz attēdit̄. sicut si canis dicat̄ celeste sidus: ꝛ aīal latrabile. Quedā vo sūt que hñt q̄dā silitudinē: sic si h̄ nomē hō dicat̄ de vero hoīe: ꝛ de hoīe picto inq̄ntū hꝫ silitudinē q̄dā veri hoīs. Quedā vo equocationes sunt proxime. Aut ꝓꝑ ꝯueniētiā in genere: sicut si corpus dicat̄ de corpe celesti. ꝛ de corpe corruptibili: equoce dr̄ nālr loquēdo. qꝛ eox nō est mā vna. Cōueniūt tñ ī genere logico: ꝛ ꝓꝑ hāc gn̄is ꝯueniētiā videt̄ oīno nō equoca eē. Aut ēt sūt ꝓpinqua ꝫm aliquā silitudinē. Sicut ille q̄ docet in scholis dicit̄ magister: ꝛ similiter ille qui preest domui dicit̄ magister domus equoce: ꝛ tamen ꝓpinqua equocatiōe propter similitudinē. Uterq3. n. ē rector: hic qdē scholariū: ille vo domus. Unde ꝓꝑ hāc ꝓpinqtatē vel generis vel silitudinis nō vident̄ esse equocationes cū tamen sint. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qñ igit̄ diuersa est spēs: vtrū cū idē in alio: an cū aliud in alio ē. Et quenā est diffinitio: aut quonā diiudicabim⁹ idē albū vel dulce aut aliō eē: ex eo ne. qꝛ ī alio diuersū apparet: an ex eo qꝛ oīno nō idem est.

¶ Quādo igit̄ altera est species: si idē ī alio: aut si aliud in alio. Aut qs terminus: aut quo discernimus qō idē est albu3 ꝛ dulce: aut aliud: qꝛ in alio videtur alter: aut qꝛ omnino non idem.

¶ Quia dixerat ꝙ ꝯsiderādū ē q̄ sit dr̄ia mot⁹: vtrū. s. mot⁹ differāt spē. h̄ inqrit qūo dr̄ia spēi accipi possit tā ī motib⁹ q̄ ī aliis. Et qꝛ eēntiā spēi significat diffō: q̄rit duas qōnes. vnā de spē. ꝛ aliā de diffinitiōe. Querit g̊ ꝑ̊ de spē qn̄ sit iudicāda altera spēs. vtrū ex h̄ solo ꝙ eadē nā sit ī alio ꝛ alio susceptibili. sicut Platonici posuerūt. Sed h̄ ꝫm ꝑmissa nō pōt eē vex. Dictū est eni ꝙ genus nō est simplr vnū. ꝛ iō dr̄ia spēi nō attendit̄ ꝑ h̄ ꝙ aliqd idē sit in alio ꝛ alio nisi ꝫ Platonicos qui posuerūt genus esse simpliciter vnū. Et ꝓꝑ h̄ q̄si qōnē soluēs subiūgit [Aut si aliud in alio.] q̄si dicat. nō ꝓꝑ h̄ ē alia spēs: qꝛ ē idē ī alio: ꝫ qꝛ ē alia nā ī alio susceptibili. Scdaz qōnez mouet de diffinitiōe: ꝛ ē qō qd sit termin⁹. i. q̄ sit diffinitio declarās spēm. Et qꝛ ea q̄ sunt idē diffinitiōe: sunt idē simplr: iō q̄si soluēs subiūgit. ꝙ illud est ꝓpria diffinitio rei: quo possum⁹ discernere: vtrū sit idē aut aliud: puta albū vel dulce. Et h̄ qō dico [aliud] pōt duob⁹ modis accipi sicut ꝛ ꝑus: vno. s. mō vt album dicat̄ aliud a dulci: qꝛ in albo inuenit̄ alia nā subiecta q̄ in dulci. Alio mō qꝛ nō solū ꝫ nām subiectā differūt: ꝫ oīno nō sūt idē. Que qdē duo sūt eadē cū hīs q̄ supra posuit: [si idē in alio: aut si aliud in alio.] Manifestū est. n. ꝙ eadē ē ratio identitatis ꝛ diuersitatis ꝛ in specie ꝛ in diffinitione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vo quonaz mō alteratiōes eque celeres sint. Si igit̄ sanari est alterari: fit aūt vt alius celerius: alius tardius sanet̄: ꝛ aliq sil. Sūt alterationes ꝑfecto celeritatis equalis: in tpe nāq3 equali sunt alterati.

¶ De alteratione aūt quomodo est equaliter velox altera alteri. Si itaq3 est sanari alterari: est aūt hunc quidē velociter: alium tarde sanatum esse: ꝛ simul quosdā: quare erit alteratio eq̄liter velox. In equali enim tēpore alteratum est. T. cō. 32.

¶ Agit de cōparatione alterationu3. Et circa h̄ duo facit: Primo ondit ꝙ vna alteratio est eque velox alteri. Scdo inquirit ꝫm qd eq̄litas velocitatis attendat̄ in alteratione. ibi [Sed qd alteratum est ꝛc.] Querit g̊ primo de alteratione qūo sit vna alteratio eq̄liter velox alteri alterationi. Et ꝙ due alteratiōes sint eque veloces probat. Sanari enim est alterari: ꝯtingit aūt vnū cito sanari ꝛ aliud tarde: ꝛ contingit ēt quosdā simul sanari: ergo vna alteratio ē eque velox alteri. Illud. n. dicit̄ eque velociter moueri qō in eq̄li tpe mouetur. ¶ Scdo ibi.

¶ Sed qd ē id qō ad alterationē accōmodat̄. Nō. n. dr̄ hic eq̄le: ꝫ vt eq̄litas ī q̄ntitate: sic silitudo dr̄ hic.

¶ Sed qd alteratū est. Equale enim hic nō dr̄. Sed sicut ī quātitate equalitas: ita hic silitudo.

¶ Quia in motu locali ad hoc ꝙ sit eq̄lis velocitas reqritur nō solū eq̄litas tpis: sed ēt eq̄litas magnitudis q̄ ptrāsitur: supposito ꝙ in alteratiōe eq̄litas tpis reqrat̄ ad eq̄lem velocitatē inqrit qd aliud reqrat̄. Et hoc ē qō dicit [Sed qd alteratū est] . i. qd est illud ad qō cum puenerit alteratio in equali tpe possit dici eq̄ velox. Et rō dubitationis est: qꝛ in qualitate circa quā est alteratio nō inuenit̄ equale: vt possimus dicere ꝙ qn̄ ꝑuenit ad equalem quantitatē in eq̄li tpe sit eq̄ velox alteratio: sicut dicebatur in motu locali: ꝛ ēt dici pōt in augmēto ꝛ diminutione. Sed sicut in quantitate inuenit̄ equalitas: ita ꝛ in q̄litate īuenit̄ silitudo. Huic ergo qōni rn̄det cū subdit.

¶ Uerum sit cum equalitate tēporis idem: in quo celeritas alterationis equa consistit.

¶ Sꝫ si idē qō mutatū ē in eq̄li tēpore eq̄ velox.

¶ Et ꝑmo ponit responsionez ad qōnem: ꝛ dicit ꝙ alteratio debet dici eq̄ velox si in equali tēpore mutatū sit idez. s. illud qō est alteratum. ¶ Secundo ibi.

¶ Utru3 igitur eo in quo est affectus: an ipso affectu comparare alterationes oporteat.

¶ Utrum ergo in quo passio aut passionem op3 comparare.

¶ Mouet qōnē circa positā solōnē. Et ē qō quā ꝑ̊ mouet talis. Cū. n. dictum sit ꝙ eque velox alteratio est si sit idē

T. c. 7. in fine.

Diuersitas equocationis.

quod alteratum est in equali tpe. In eo autem quod ē alteratū duo est ꝯsiderare.s.passionez ſm quā fit alteratio: ⁊ subm in quo est passio. Est ergo questio: vtrū hui⁹ cōparatiōem oporteat accipere ſm idētitatē passionis. an ſm identitatem subiecti in quo est passio. ℂ Scḋo ibi.

ℂ Atqꝫ hic qdē eādē sanitatē eē: q̄ neqꝫ magis neqꝫ min⁹: sꝫ sil'r iesse sumē licet. Sꝫ si affect⁹ ali⁹ sit: vt si h̄ dealbet: illud sanet: his nihil ē idē: vel eq̄le: vel sil'e vt hec alteratiōis spēs faciūt: nec vna ē alteratio sicut nec tibi latio. Quare sumēdū ē quot alteratiōis ⁊ quot idē latiōis spēs sūt. Si igit ea q̄ mouētur spe differūt: quoꝝ mot⁹ p se sūt: ⁊ nō p accñs: ⁊ mot⁹ sane spe differrēt. Si genere: genere. si nūero: nūero.

ℂ Hic qdē igit q̄ sanitas eadē sit ē accipe: aut neqꝫ magis neqꝫ min⁹: sꝫ sil'r existit. Si aūt altera passio sit q̄ alterat qđ fit albū ⁊ qđ sanat: his nihil idē neqꝫ eq̄le neqꝫ sil'e. Aut iā hec spēs faciūt alteratōis: ⁊ nō est vna: sicut neqꝫ loci mutatio. Quare ꝯsiderandū quot sint spēs alterationis: ⁊ quot loci mutatiōis. Si qdē igit que mouentur: specie differūt: quoꝝ sunt motus ſm ipsa ⁊ nō ſm accidēs: ⁊ motus spe differūt. Si vo genere: genere. Si autem numero: numero.

ℂ Soluit qōnē q̄stū ad vnā partē: ⁊ dicit q̄ in alteratione ex pte passionis duplex idētitas attēdi oꝫ ad h̄ q̄ sit eque velox alteratio. Primo quidē q̄ sit eadē q̄litas ſm spēz: puta vt accipiat eadē sanitas vt oculi aut alicuius hui⁹. Scḋm est q̄ vt eadē q̄litas accepta similiter insit neqꝫ magis neqꝫ minus. Sed si passio.i.passibilis q̄litas est altera ſm spēm. puta si vnū alteratū fiat albū: ⁊ aliud sanetur: in his duab⁹ passiōib⁹ nihil ē idē neqꝫ eq̄le: neqꝫ sil'e. Vñ ſm diuersitatē haꝝ passionū fiūt diuerse spēs alterationis: ⁊ nō est vna alteratio. Sicut ēt supra dcm̄ ē q̄ motus rectus ⁊ circularis nō sūt vna loci mutatio. Et iō ad cōparādū tā loci mutationes q̄ alterationes ꝯsiderādū est quot sint spēs alterationis vel loci mutationis. vtruꝫ s. eedē vel plures. Et h̄ qdē pōt ꝯsiderari ex rebus in qb⁹ est motus. q2 si illa q̄ mouētur.i.ſm que ē motus per se ⁊ nō ſm accidēs differūt specie. ⁊ motus spe differunt. Si
T.7.t.c. vo differunt genere: ⁊ motus. Si numero: ⁊ motus diffe
41.gtotū runt numero. vt in quinto dictum est. ℂ Tertio ibi.

ℂ At si alteratiōes sint eque celeres vtrū ad affectū si sit idē: vel sil'is: an ad id qđ alterat respicere oporteat: veluti si hui⁹ qdē tm̄ hui⁹ aūt tm̄ sit dealbatum. An ad vtrūqꝫ at eadē est aut alia: si idē aut alius sit affectus: eq̄lis vo aut ieq̄lis: si eq̄le aut ieq̄le sit illđ.

T.cō.33. ℂ Si igit vtrū oporteat ad passionē respicere: si eadē sit: aut sil'es: aut eq̄liter veloces alteratiōes aut in id qđ alterat. Vt si hui⁹ qdē h̄ albatuꝫ sit: huius autē tantū: aut in vtraqꝫ: ⁊ eadē quidem aut alia passione ſm q̄ eadem. Equalis aūt aut inequalis: ſm. q̄ illa inequalis.

ℂ Determinata vna pte qōnis: quā mouerat q̄rit de alia. Et est qō. vtrū ad h̄ q̄ iudicent alterationes eē sil'es vel eque veloces oporteat respicere solū ad passionē si sit eadē. aut ēt oporteat respicere ad subm qđ alterat. ita.s. q̄ si huius corporis tanta pars sit albata in h̄ tpe. ⁊ alterius corporis eq̄lis pars sit albata i eodē vel eq̄li tpe: dicat alteratio eq̄ velox. Et soluit q̄ opꝫ ad vtrūqꝫ respicere: ad passiōez.s. ⁊ subꝫ. Diuersimode tn̄: q2 iudicam⁹ alteratiōnē esse eandē vel aliā ex pte passiōis ſm q̄ ē eadem vel alia. Sed iudicam⁹ alteratiōnē eq̄lē vel ineq̄lē ſm q̄ ps subiecti alterati est equalis vel inequalis. Si.n. huius corporis albet magna ps: alterius aūt ꝑua: erit qdē alteratio eadē spe. sed nō equalis. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ In gnātiōe etiā ⁊ corruptione idē ꝯsiderandū est. Quonaꝫ mō ē eque celeris atqꝫ celerior gnātio. An eque celeris est: si ieq̄li tpe generet idē ac idiuiduū: vt hō: sꝫ nō aial: celerior āt si ieq̄li diuersū. Nō eniꝫ hēm⁹ q̄ nā sint ea duo: i qb⁹ ē ipa diuersitas. Quēadmodū habemus ea in quibus est dissimilitudo.

ℂ Et in generatiōe aūt ⁊ corruptiōe idē ꝯsiderādū est: quomō eq̄ velox gñatio ē: si i eq̄li tpe idē idiuisibile: vt homo: sed nō aial. Velocior autē est: si in equali tpe alteꝝ est. Nō enim habemus aliqua duo i qbus alteritas. sicut dissimilitudo. T.c.34.

ℂ Ondit quō debeat fieri cōparatio in gnātiōe ⁊ corruptione. Et p̊ ſꝫ opionē ppriā. 2° ſm opi. Plato. ibi [Et si numerus suba.] Dicit g̊ p̊. q̄ i gnātiōe ⁊ corruptiōe ad h̄ q̄ gnātio dicat eq̄ velox ꝯsiderādū ē si in eq̄li tpe sit idē qđ gñat ⁊ idiuisibile ſꝫ spēz. Puta si i vtraqꝫ gnātiōe gñet hō i eq̄li tpe: ē eq̄ velox gnātio: sꝫ nō ē eq̄ velox gnō ex h̄ solo q̄ i eq̄li tpe gnāt aial: q2 q̄dā aialia pp sui pfectionē idigēt maiori tpe ad gnātionē. Sꝫ velocior dr̄ eē gnō si i eq̄li tpe gñet alteꝝ: puta si tāto tpe i q̄ ex vna pte gnāt canis: ex alia pte equus gñet: erit eq̄ velocior gnō. Et q2 i alteratiōe ex pte passiōis dixerat duo ꝯsiderāda.s. si est eadē sanitas: ⁊ iteꝝ si sil'r existit: ⁊ neqꝫ magis neqꝫ min⁹: h̄ āt i gnātiōe vnū tm̄ dixit ꝯsiderādū: scilꝫ si sit idē qđ gnāt hui⁹ mō cāꝫ assignat dicēs [Nō.n. hēm⁹ aliq̄ duo: i qb⁹ alteritas sic̄ dissilitudo.] q̄si dicat. iō i gnātiōe h̄ solū ꝯsiderādū: vtrū sit idē qđ gnāt: q2 i gnātiōe nō hēm⁹ aliqd qđ possit variari p duo ſm q̄ attēdat aliq̄ alteritas: sicut in alteratiōe accidit dissimilitudo p h̄ q̄ vna ⁊ eadē qualitas variatur ſm magis ⁊ minus. Substantia enim cuius est generatio non recipit magis ⁊ minus. ℂ Scḋo ibi.

ℂ Quod si substantia numerus est: plus erit ⁊ min⁹ numeri speciei eiusdē. Sed ipsum cōe noīe caret: atqꝫ vtrūqꝫ q̄le est. In qualitate quidem plus affect⁹ aut excedēs magis: in quātitate autem maius.

ℂ Et si nūerū suba maior ⁊ minor nūerus sil'is spēi. Sꝫ equocū ē qđ cōe: ⁊ vtrūqꝫ sic̄ q̄ plus: passio aūt excellēs magis: q̄ꝫtum aūt maius.

ℂ Agit de cōparatiōe gnātionis ſm opionē Platōis q̄ ponebat numeꝝ eē subāz rei pp h̄ q̄ vnū qđ ē pn⁹ nūeri putabat eē idē cū vno qđ ꝯuertit cū ente ⁊ rei subam significat. Ipꝫ aūt qđ est vnū ē oino vni⁹ nāe ⁊ spēi. Si g̊ nūerus g nihil ē aliud q̄ꝫ aggregatio vnitatū sit suba reꝝ ſm platonicos: sequit q̄ dicet qdē maior ⁊ minor nūerus ſꝫ diuersaz spēz q̄ntitatis: sed tn̄ q̄stū ad subaz erit sil'is spēi. Et ideo ē q̄ Plato posuit spēm vnū: ꝯtria vo p q̄ diuersificātur res: magnū ⁊ paruū q̄ sūt ex pte māe. Et sic sequet q̄ sicut vna ⁊ eadē sanitas hꝫ duo inq̄ꝫtū recipit magis ⁊ min⁹: sic ēt ⁊ suba q̄ ē nūerus cū sit vni⁹ spēi ex pte vnitatis habebit aliq̄ duo inq̄ꝫtū est maior ⁊ minor numerus. Sed in suba nō est cōe nomē positū qđ significet vtrūqꝫ i. diuersitatē q̄ accidit ex maioritate ⁊ minoritate numeri sicut in passionibus cū passio plus inest: aut q̄litercūqꝫ ē excellēs dicit magis: vtputa magis album: vel magis sanū. In q̄ntitate aūt cū fuerit excellēs dr̄ maius vel minus corpus: aut maior supficies. Sic āt nō hēmus nomē positū q̄ cōiter significet excellentia sube q̄ est ex maioritate numeri ſm Platonicos.

LEC. IX.

¶ Cũ aũt oẽ qđ mouet: ꝛ aliqđ semꝑ moueat: ꝛ in aliquo: ꝛ vsqꝫ ad aliqđ. Atqꝫ in aliquo dico: q: in tpe. Usqꝫ ad aliqđ: q: per quãtitatẽ aliquã mouet. Semper enim simul mouet ac mouit Quare quãtitas quedã erit per quam est motũ atqꝫ in quanto.

T.co.33. Quoniã aũt mouẽs mouet semꝑ aliqđ ꝛ in aliquo: ꝛ vsqꝫ ad aliqđ. Dico aũt in aliquo. q: in tẽpore. Usqꝫ aũt ad aliquid: q: ad quãtã aliquam longitudinem: semꝑ enim simul mouet ꝛ mouit: q̃re quãtũ aliquid erit quod motum est: ꝛ in quanto.

Postq̃ ꝓhs oñdit ꝙ mot⁹ sint cõparabiles adinuicẽ: h docet quõ cõparent̃. Et p̊ i motu locali. Scđo in alijs motib⁹. ibi [Si igit̃ in alteratione.] Circa p̊ᵐ duo facit. Prĩo ponit ea ƀꝫ q̃ opꝫ cõparari mot⁹ locales adinuicẽ. Scđo accipit regulas cõparatiõis ƀꝫ ꝓdicta. ibi [Sit igit̃. a. qđ ẽ mouens.] Dicit g̃ p̊. ꝙ mouẽs localiter semꝑ mouet aliqđ mobile. Et iterũ i aliquo tpe: ꝛ vsqꝫ ad aliquã q̃titatẽ spatij ꝑ aliquã ptẽ tpis. Qđ iđ opꝫ eẽ. q: sicut i. 6. ꝓbatũ ẽ ꝙ sil aliqđ mouet ꝛ mouit. Probatũ ẽ. n. ibi ꝙ oẽ qđ mouet̃ iã ẽ motũ ꝑ aliquã ptẽ spatij: ꝛ per aliquã ptẽ tpis. Uñ seqtur ꝙ ꝛ illud qđ mouet est aliqđ quãtũ ꝛ diuisibile: ꝛ ẽt illud ꝑ qđ mouet̃: ꝛ tps in quo mouet̃. Mouẽs autẽ nõ omne est quantũ: vt i. 8. ꝓbabitur. Sed tñ manifestũ ẽ aliqđ quantũ eẽ mouẽs. Et de h mouente hic proponit regulas cõparationis. ¶ Scđo ibi.

Lec.5.c. com.52.

Lec.viii. 34.66.

¶ Hec inq̃ cũ ita sint: si. a. qđeꝫ sit id qđ mouet. b. vero id qđ mouet̃: ꝛ. c. sit lõgitudo ꝑ quã: ꝛ. d. tẽpus i quo est motũ. In tpe nimirum eq̃li: potẽtia eq̃lis. a. dimidiũ ipsi⁹. b. per duplũ mouebit ipsius. c. ꝑ ipm aũt. c. in dimidio tpis. d. Sic enim erit rõnis similitudo.

¶ Si igit̃. a. qđ est mouẽs: b. autẽ qđ mouetur. Quãtacũqꝫ aũt lõgitudo mota. c. In quãtocũqꝫ est tẽpore i quo est. d. In eq̃li igitur tẽpore eq̃lis potẽtia et i quo est. a. medietatẽ ipsius. b. duplicem ipsius. c. transibit: ipsum autem. c. in medietate ipsius. d. sic enim erit analogia.


¶ Ponit regulas cõparatiõis. Et p̊ ƀꝫ diuisionẽ mobilis. 2° q̃n mouẽs diuidit̃. ibi [Et si eadẽ potẽtia ꝛc.] Dicit g̃ p̊. accipiat̃ aliqđ mouẽs qđ sit. a. ꝛ aliqđ mobile qđ sit. b. ꝛ longitudo spatij ptrãsiti q̃ sit. c. ꝛ tps i q̊. a. mouet. b. ꝑ. c. sit. d. Si g̃ accipiat̃ aliq̃ alia potẽtia mouẽs eq̃lis potẽtie ipsi. a. sequet̃ ꝙ illa potẽtia mouebit medietatẽ mobilis qđ ẽ. b. i eodẽ tpe ꝑ lõgitudinẽ q̃ sit dupla q̃. c. sꝫ medietatem mobilis mouebit ꝑ totã lõgitudinẽ. c. in medietate tpis qđ ẽ. d. Ex his igit̃ vbis ꝓhi due regule gñales accipi pñt: q̃rũ p⁹ ẽ ꝙ si aliq̃ potẽtia mouet aliqđ mobile ꝑ aliqđ spatiũ i aliq̃ tpe: medietatẽ illi⁹ mobilis ꝑ duplũ spatiũ mouebit: vel eq̃lis potẽtia in eodẽ tpe: vel eadẽ in alio eq̃li. Alia regula ẽ ꝙ medietatẽ mobilis mouebit ꝑ idẽ spatiũ eq̃lis potẽtia i medietate tpis. Et hoꝝ rõ ẽ: q: sic ꝯseruabit̃ eadẽ analogia. i. eadẽ ꝓportio. Manifestũ ẽ. n. ꝙ velocitas mot⁹ ẽ ex victoria potẽtie mouẽtis sup mobile. Quãto aũt mobile fuerit min⁹: tãto potẽtia mouẽtis magis excedit ipꝫ. Uñ veloci⁹ mouebit. Uelocitas aũt mot⁹ diminuit tps ꝛ auget lõgitudineꝫ spatij: q: veloci⁹ ẽ qđ in eq̃li tpe ptrãsit maiorẽ magnitudinẽ: ꝛ eq̃lẽ magnitudinẽ in minori tpe: vt in. 6. ꝓbatũ ẽ: g̃ ƀm ꝓportionẽ q̃ subtrahit̃ a mobili opꝫ subtrahi de tpe. vel addi ad lõgitudinẽ spatij: dũmõ mouẽs sit idẽ vel equale. ¶ Deide cum dicit.

Alia regula ꝓpor tionum.


5 lL.c.13

¶ Demõstratio oñdẽs ꝙ si aliq̃ potẽtia mouet aliqđ mobile ꝑ aliqđ spatiũ in aliquo tpe: medietatẽ illi⁹ mobilis mouebit eadẽ vel eq̃lis potentia ꝑ duplũ spatiũ in eodeꝫ tpe: vel ꝑ idẽ spatium: in medietate temporis.

Potentia mouens.



po⁹ eq̃lis po A.



Medietas tpis ipsius. D.


¶ Et si potẽtia eadẽ hoc i tpe ꝑ tãtũ spatiũ moueat: ꝑ ipsi⁹ ẽt dimidiũ idẽ i dimidio sane mouebit. Et dimidiũ potẽtie dimidiũ ꝑ eq̃le spatium i tpe mouebit eq̃li. Ipsi⁹ enĩ potẽtie. a. sit dimidiũ. f. ꝛ ipsi⁹. b. sit dimidium. g. Uires igitur ad pondera similiter sese habẽt. vt pꝫ. Quare per eq̃le: in tẽpore mouebit at eq̃li.

¶ Et si eadẽ potẽtia idẽ in hoc tãtundeꝫ mouet: ꝛ medietatem in medietate mouebit: ꝛ media virt⁹ mediũ mouebit i eq̃li tpe. Ut ipsi⁹. a. potẽtie sit ꝛ medietas q̃ ẽ ipm. e. ꝛ ipsius. b. ꝫ. sit mediũ. Silr̃ igit̃ se hñt ꝛ ƀꝫ analogiã virtus ad graue. Quare equale ꝛ in equali tpe mouebit. T.co.36.

¶ Docet cõparare mot⁹ ex pte mouẽtis. Et p̊ ƀꝫ diuisionẽ mouẽtis. Scđo ƀꝫ oppositã ꝯgregationẽ. ibi [Si vero duo ꝛ vtrũqꝫ ꝛc.] Circa p̊ᵐ tria facit. Prĩo ponit cõparationẽ verã. 2° remouet cõparatiões falsas. ibi [Et si. e. ipꝫ ẽt.] Tertio ex h soluit rõneꝫ ꝣenonis. ibi [Propter h ꝣenonis rõ ꝛc.] Dicit g̃ p̊. ꝙ si aliq̃ potẽtia idẽ mobile mouet in eodẽ tpe ꝑ tãtũ spatiũ: ipsamet mouet medietatẽ mobilis i medietate tpis ꝑ idẽ spatiũ: vel i eodẽ tpe mouet mediũ mobilis ꝑ duplũ spatiũ: sicut ꝛ de eq̃li potẽtia dctũ ẽ. Et vlteri⁹ si diuidat̃ potẽtia: media potẽtia mouebit medietatẽ mobilis ꝑ idẽ spatiũ i eq̃li tpe. Sed h itelligẽdũ est q̃ñ potẽtia ẽ talis ꝙ ꝑ diuisionẽ nõ corrũpit̃. Loqt̃ eniꝫ ƀm ꝯsiderationẽ cõem: nõdũ applicãdo ad aliquã spãlẽ nãꝫ: sicut ꝛ in oibus q̃ ꝓmisit. Et ponit exẽplũ. Si. n. accipiat̃ medietas huius potẽtie que ẽ. a: ꝛ dicat̃. e: ꝛ accipiat̃ medietas mobilis qđ ẽ. b: ꝛ dicat̃. ꝫ: sicut. a. mouebat. b. ꝑ. c. in tpe. d: ita. e. mouebit. ꝫ. ꝑ idẽ spatiũ in eq̃li tpe: q: ꝛ hic ẽt seruatur eadẽ ꝓportio virtutis motiue ad corpus ponderosum qđ mouet̃. Unde seqnit̃ ꝙ in equali tempore fiat motus per equale spatiũ sicut dictum est. ¶ Scđo ibi.

Alia regula gñalis in proportiõib⁹

℃ Demõſtratio oſtdens ꝙ ſi aliqua potẽtia mouet aliqđ mobile ꝑ aliqđ ſpatiuʒ in aliquo tpe: dimidiata potentia medietatẽ mobilis mouebit ꝑ idẽ ſpatiũ in eodẽ tẽpore.



℃ At ſi.f.moueat ipſum.g.in tpe.d.per longitudineʒ c.non neceſſario ſit: vt.f.in equali tempore duplum ipſius.g.moueat per dimidium ſpatij.c.

T.cõ.37. ℃ Et ſi.e.ipſuʒ.ʒ.mouet in ipſo.d.ſm.e.non neceſſarium eſt in equali tpe.e.duplũ ipſo.ʒ.mouere ſm medietatem ipſius.e.

Due falſe regule comparationum. ℃ Excludit duas falſas cõparatiões: q̃rũ pͣ e: ꝙ addaꝛ ad mobile ⁊ nõ addaꝛ ad potẽtiã mouẽtẽ. Uñ dicit ꝙ ſi.e: qđ eſt medietas motiue potẽtie moueat.ʒ.qđ ẽ medietas mobil' tpe.d ſʒ ſpatiũ.c.nõ ẽ neceſſariũ ꝙ ipſa potẽtia dimidiata q̃ ẽ.e.moueat mobile qđ ſit i duplo mai' q̃ʒ.ʒ.i eq̃li tpe ſʒ medietatẽ ſpatij qđ ẽ.c.q2 poterit eẽ ꝙ dimidia potẽtia duplũ mobile nllo mõ mouẽ poterit. Sed ſi poſſet mouẽ teneret hec cõpatio. Scđa falſa cõpatio ẽ qñ diuidiꝛ mouẽs: ⁊ nõ diuidiꝛ mobile. Et hanc excludit ibi.

℃ Si igiꝛ.a.per.c.ſpatiũ totuʒ in.d.tpe.b.mouebit dimidiũ ipſius.a.qđ eſt.f.nõ mouebit b.totũ in.d.tpe: aut in eius aliq̃ pte per aliquã.c.ſpatij ptẽ: que rõnẽ eãdẽ ad totũ habebit.c.quã.f.ps vel q̃uis alia ad totã. i.potẽtiã habet. Omino eni ſi forte fuerit nullã ptẽ mouebit. Nõ eni ſi tote vires ꝙpiã ꝑ tãtũ mouerũt ſpatiũ: dimidiũ ipſaꝝ ꝑ quãtũuis ſpatij quouis i tpe idẽ mouebit. Naʒ vnus eã trahet ꝑfecto nauim quã cẽtũ traxere: ſi vires coꝝ tam in ipſoꝝ numerũ: q̃ʒ in ſpatij diuidanꝛ ptes: ꝙ nauim oẽs ſimul traxere.

℃ Si vo.a.b.mouebit in ipſo.đ.quãtũ eſt ipʒ.c. medietas ipſius.a.q̃ ẽ in quo eſt.e.ipʒ.b.nõ mouebit in tpe i quo ẽ.đ.neq3 in aliquo ipſi⁹.đ.per aliquã ptẽ q̃ ẽ ipſi⁹.c.ſm qđ ẽ analogia ad totuʒ c.ſicut eſt.a.ad.e. Omino eni ſi ꝯtingit nõ mouebit nihil. Si eni tota virius totũ mouit: medietas non mouebit: neq3 quãtam: neq3 in quocũq3. Unus enim moueret nauem. Siquideʒ nauem trahentium deciditur potentia in numeruʒ ⁊ longitudinem: quam oẽs mouerunt.

℃ Dicẽs ꝙ ſi potẽtia mouẽs q̃ ẽ.a.moueat mobile qđ eſt b.i tpe.d.ꝑ ſpatiũ qđ ẽ.c.nõ opʒ ꝙ medietas mouẽtis moueat totũ mobile qđ ẽ.b.i tpe.d.neq3 ẽt ꝑ q̃ʒcũq3 ptẽ ſpatij.c.cui' ptl ſit ꝓportio ad totũ ſpatiũ.c. ſicͭ ecõuerſo erat qñ cõparabam'.a.ad.ʒ.i.totã potẽtiã motiuã ad ptẽ mobilis. Ilis eni erat ꝯueniẽs cõparatio: ſʒ h nõ: q2 põt ꝯtingẽ ꝙ medietas mouẽtis nõ mouebit totũ mobile ꝑ nullũ ſpatiũ. Si eni aliq̃ tota vtus mouet totũ mobile: nõ ſeqꝛ ꝙ medietas illi' vtutis moueat totũ mobile neq3 ꝑ qđcũ q3 ſpatiũ neq3 i quocũq3 tpe: q2 ſi q̃reꝛ ꝙ ſolus vnus hõ poſſet mouere nauẽ ꝑ aliqđ ſpatiũ: ſi potẽtia trahẽtiũ diuidaꝛ ſm numeꝝ trahentiũ ⁊ ſm lõgitudinẽ ſpatij: per quod omnes ſimul trahunt nauem. ℃ Deinde cuʒ dicit.

℃ Quapropter ʒenõis rõ nõ ẽ vera: q̃ ꝯcludit q̃uis ptẽ milij facere ſonũ. Nihil eni ꝓhibet vt nullo i tpe eũ moueat aerẽ: q̃ tot' modi' mouit cũ cecidiſſet. Neq3 pars ſi ꝑ ſe fuerit id mouebit: qđ vna cũ toto mouere põt: neq3 eſt eniʒ pars vlla: niſi potẽtia in toto.

℃ Propter hoc ʒenonis ratio non eſt vera ꝙ ſonet milij q̃libet pars. Nihil eni ꝓhibet nõ mouere aerẽ in nullo tẽpore tantũ quãtũ moueret cadens totus modius. Neq3 itaq3 tanta pars quãtacunq3 mouebit cum toto ſi ſit per ſe hoc non mouet. Neq3 eni nihil eſt. ſed potentia in toto.

℃ Scđm pmiſſa ſoluit rõnẽ ʒenonis q volebat ꝓbare ꝙ qđlibet granũ milij faciat aliquẽ ſonũ ꝓiectũ in terra: q2 totus modius milij qñ i terrã effundiꝛ facit aliquẽ ſonũ. Sed Ariſt. dicit ꝙ hec ʒenonis rõ nõ eſt vera: ſciliʒ ꝙ q̃libet ps milij ſonet. id eſt qđlibet granũ milij ſonũ faciat cũ cadat i terrã: q2 nihil ꝓhibet dicere ꝙ granũ milij in nllo tpe mouet aerẽ i tãtũ vt faciat ſonũ: quẽ aerẽ mouet ad ſonũ faciẽdũ tot' modi' cadẽs. Et ex h poſſum' ꝯcludere ꝙ nõ ẽ neceſſariũ ꝙ ſi aliq̃ q̃tacũq3 ps exiſtẽs i toto mouet: ꝙ ſeparatiʒ ꝑ ſe exiſtẽs mouere poſſit: q2 ps i toto nõ ẽ i actu ſed in potẽtia maxie i ꝯtinuis. Sic.n.aliqđ ẽ ens ſicut ⁊ vnũ. Unũ aũt eſt qđ eſt in ſe idiuiſuʒ ⁊ ab alijs diuiſum: ps aũt ꝓut eſt in toto nõ eſt diuiſa in actu: ſʒ i potẽtia tm̃. Uñ nõ eſt actu ens neq3 vna: ſed in potẽtia tm̃: ⁊ ꝓpter hoc nõ agit pars ſed totũ. ℃ Deinde cum dicit. Pars nõ ẽ actu in toto cõtinuo ſʒ ẽ i potẽtia.

℃ Si vo duo quedaʒ ſeorſuʒ ꝑ tãtũ ſpatiũ tãto in tpe duo ſeorſuʒ põdera mouẽt: ⁊ cõpoſita ꝑ lõgitudinẽ equalẽ equalive in tẽpore cõpoſitum ex põderibus vtriſq3 mouebunt. Eſt enim in eis eadem ratio.

T.cõ.38. ℃ Si vo duo ⁊ vtrũq3: hoꝝ autem vtrũq3 mouet tantũ in tanto: ⁊ compoſite potẽtie cõpoſitum ex grauibus equali mouebunt longitudine ⁊ in equali tempore. anologum namq3.

Alia regula pro potentia. ℃ Ponit cõparationẽ ſm ꝯgregationẽ mouẽtiũ: ⁊ dicit ꝙ ſi ſint duo ⁊ vtrũq3 eoꝝ moueat: quoꝝ vtrũq3 ꝑ ſe moueat tãtũ mobile i tãto tpe per tãtũ ſpatiũ: qñ ꝯiũgũtur iſte due potẽtie mouẽtiũ: mouebũt illđ qđ ẽ ꝯiũctũ ex põderibus motis ꝑ eq̃le ſpatiũ in eq̃li tempore: q2 in hoc etiã ſeruatur eadem analogia. ℃ Deinde cum dicit.

℃ Sũt ne igiꝛ eadeʒ ⁊ in alteratione atq3 accretione. Eſt eni aliqđ id qđ auget: ⁊ id ẽt qđ augeꝛ: atq3 i tpe tãto ⁊ tantũ: aliud auget aliud augetur. Et id quod alterat: ⁊ qđ alteraꝛ ſimiliter eſt aliqđ: ⁊ tm̃ intenſione remiſſioneue eſt alterat ũ: ⁊ in tẽpore tanto.

T.cõ.39. ℃ Sic igiꝛ in alteratione ⁊ in augmẽto aliqđ quidẽ eni eſt augẽs: aliqđ aũt ⁊ qđ augeꝛ: in quanto ãt tpe: ⁊ q̃ʒtũ aliqđ qdẽ auget. aliđ ãt augeꝛ. Et alterãs qdẽ ⁊ qđ alteraꝛ ſiliͬ aliqđ ⁊ quantũ ſm malus ⁊ minus alterata ſũt ⁊ in quãto tpe.

℃ Ponit eaſdẽ cõparatiõis regulas i alijs motib'. ⁊ circa hec tria facit. Pͦ oñdit diuiſibilitatẽ eoꝝ ſʒ q̃ attẽdũꝛ cõparatiões motuũ. Scđo ponit cõpatiões veras. ibi[In duplo duplũ ⁊c.] 3ͦ remouet cõparatiões falſas: ibi[Sic aũt alterãs.] Dicit ḡ pͦ q̃ʒtũ ad augmẽtũ ꝙ ſunt tria. ſ. augens: ⁊ id qđ augeꝛ: ⁊ tẽpus: ⁊ hec tria hñt aliquã q̃ʒtitateʒ ſm quã augens auget ⁊ auctũ augeꝛ. Et hec etiã quatuor

est accipere in alteratione.s.alterans ꝛ qđ alterat̃:ꝛ quantitas passiõis ꝫ quã fit alteratio que inest ꝫ magis ꝛ minus:ꝛ iterũ q̃titas tp̃is in quo fit alteratio:sicut ꝛ hec q̃tuoꝛ in motu locali inueniebantur.¶ Secundo ibi.

¶ In duplo duplum:ꝛ duplũ in duplo. Dimidiũ aũt i dimidio tp̃is:aut i dimidio dimidiũ:aut i eq̃li duplũ

¶ In duplo duplum: ꝛ duplum in duplo. Medium autem in medio tempore: aut in medio medium:aut in equali duplum.

¶ Ponit cõparationes veras:ꝛ dicit ꝙ si aliqua potentia ꝫm hos motus moueat tãtũ i tanto tp̃e:in duplo tp̃e mouebit duplũ:ꝛ si moueat duplũ ħ erit i duplo tp̃e. Et siłr mouebit eadẽ potẽtia mediũ i medio tp̃e: aut si moueat in medio tp̃e erit dimidiũ qđ ẽ motũ:aut si sit dupla potentia in equali tp̃e mouebit duplum.¶ Tertio ibi.

¶ Si vo id qđ alterat:aut auget:tãtũ in tanto auget: aut alterat:nõ necesse est ꝛ dimidiũ in dimidio:ꝛ in dimidio dimidiũ alterare vel augẽ. Sꝫ nihil si forte fuerit alterabit vel augebit:quẽadmodũ ꝛ i põdere.

¶ Si autem alterans aut augens tantũ in tanto tp̃e auget:aut alteret:non necesse est ꝛ mediũ: in medio ꝛ in medio mediũ. Sed nihil si cõtingit augmentabit aut alterabit:sicut ꝛ in graui.

¶ Excludit falsã cõparationẽ ꝛ dicit ꝙ si aliq̃ potẽtia moueat in motu alteratiõis ꝛ augmẽti tãtũ i tãto tp̃e:nõ necesse est ꝙ medietas potẽtie moueat medietatẽ in eodẽ tp̃e:aut in medio tp̃e tãtũdẽ:sed forte ꝯtingit ꝙ nihil augmẽtabit vel alterabit[sicut ꝛ in graui]id ẽ sicut dcm̃ ẽ ꝙ dimidiata potẽtia nõ põt mouere totũ põdus:neqꝫ ꝑ totũ spatiũ:neqꝫ ꝑ aliquã ei⁹ ptẽ. Est eni itelligẽdũ ꝙ ħ qđ dicit [In medio mediũ:aut in eq̃li duplũ]i duplũ ꝛ mediũ qđ in accusatiuo ponit̃ nõ accipit̃ ꝓ dimidio vel duplo ipsi⁹ mobilis:sꝫ ꝓ dimidio ꝛ duplo ex pte rei i q̃ est mot⁹.i.q̃litatis aut q̃titatis : q̃ ita se habẽt in istis duob⁹ motib⁹:sicut lõgitudo spatij i motu locali. Aliogn nõ siłr eẽt i his motib⁹ ꝛ i motu locali. In motu.n.locali dcm̃ est ꝙ si tãta potẽtia mouet tãtũ mobile:medietas mouebit medietatem mobilis. Hic aũt dĩ ꝙ medietas forte nihil mouebit. Sꝫ itelligẽdũ ẽ de toto mobili itegro:qꝛ virtus motiua dimidiata nõ mouebit ipꝫ neqꝫ ꝑ tãtã q̃titatẽ: aut qualitatem:neqꝫ per eius medium. LEC. I.

¶ Aristotelis stagyrite de physico auditu: Textus libri Octaui.

ATortus ne aliqñ est mot⁹ anteaq̃ nõ erat: rursusqꝫ adeo corrũpit̃ vt nihil penit⁹ moueat̃:an neqꝫ factus ẽ neqꝫ corrũpit̃ sꝫ sp erat ꝛ semp erit. Atqꝫ hoc hisce que sunt in mortale ac icessabile inest:q̃si sit vita q̃dam his vniuersis que natura constant.

VTrũ aũt factus sit aliquãdo motus cũ nõ esset prius:ꝛ corrumpit̃ iterũ: sic ꝙ moueri nihil sit:aut neqꝫ fact⁹ ẽ:neqꝫ corrũpit̃:sꝫ erat semp ꝛ erit: ꝛ ħ imortale:ꝛ sine q̃ete existit i his q̃ sũt:vt vita q̃dã ens nãĩ oibus subsistentibus.

¶ Diui Thome Aquinatis in Octauum librũ Physicoꝝ dilucidissima Expositio Sequitur.

POstq̃ Ph̃s in precedẽti libro ostẽdit ꝙ necesse est ponere p̃ᵐ mobile:ꝛ p̃ᵐ motũ:ꝛ p̃ᵐ motorẽ. In ħ libro itẽdit ingrere q̃lis sit p̃mus motoꝛ:ꝛ p̃mus motus:ꝛ p̃mũ mobile. Et diuidit̃ in ptes duas. In p̃ma p̃mittit quoddã qđ ẽ necessariũ ad sequẽtẽ inuestigationẽ:scilꝫ motũ eẽ sempiternũ. In 2° ꝓcedit ad inuestigationẽ ꝓpositi:ibi[Principiũ aũt ꝯsiderationis ꝛc̃.]Circa p̃ᵐ tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Scd̃o ostẽdit v̾itatẽ ꝫm suã opĩonẽ:ibi[Incipiem⁹ aũt p̃mũ ꝛc̃.]Tertio soluit ea q̃ in ꝯtrariũ obijci possunt.ibi[Cõtraria aũt his ꝛc̃.]Circa p̃ᵐ tria facit. Primo ꝓponit dubitationẽ. Scd̃o ponit opĩones ad vtrãqꝫ ptẽ: ibi[Sed quãti gdẽ.]Tertio ondit vtilitatẽ huius ꝯsiderationis:ibi[Cõsiderãdũ igit̃ de ħ ꝛc̃.]Circa p̃ᵐ duo facit. Prio ꝓponit dubitationẽ de qua inuestigare intẽdit. Scd̃o respõdet tacite q̃õni:ibi[Esse gdẽ igit̃ ꝛc̃.]Circa p̃mũ sciẽdũ est ꝙ Auerrois dicit ꝙ Aristoteles in ħ capitulo nõ intẽdit ingrere in vlĩ de motu vtrũ sit sempiternus:sed de p̃ motu. Sed si qs ꝯsideret ꝛ verba ꝛ ꝓcessum ph̃i ħ est oĩno falsũ. Uerba eni ph̃i vlr̃ de motu loquuntur:qꝛ dicit [Utrũ factus sit aliqñ motus:cũ nõ eẽt p̃us: ꝛ corrũpit̃ iterũ:sic ꝙ moueri nihil sit.]Ex quo manifeste apparet ꝙ nõ de aliquo motu determinato querit.sed vlr̃:vtrũ aliqñ nihil fuerit motũ. Ex ipso etiã Arist. ꝓcessu apparet ħ eẽ falsũ. Prio gdẽ qꝛ ꝯsuetudo sua est semper ad ꝓpositũ ex ꝓpꝛijs argumẽtari. Si qs aũt sequẽtes rõnes ꝯsideret q̃s inducit:in nulla eaꝝ sumit̃ aliqd ꝓ medio qđ ꝓprie ad p̃mũ motũ ptineat:sed ad motũ in cõi. Uñ ex hoc satis apparet ꝙ itẽdit hic ingrere de sempiternitate motus in cõi. Scd̃o qꝛ si iã ꝓbatũ eẽt ꝙ est aliqs motus vnus vel plures sempiterni:frustra ingreret iferi⁹ vtrũ aliq̃ moueant̃ semp:cũ ħ iã eẽt ꝓbatũ. Ridiculũ est etiã dicere ꝙ Ari. iferius reiteret suã ꝯsiderationẽ a p̃n° quasi aliqd omisisset:vt Cõmẽtatoꝛ fingit. Erat.n.copia Arist. corrigẽdi librũ suũ:ꝛ supplẽdi in loco debito qđ fuerat omissũ:vt nõ inordinate ꝓcederet. Si.n. ħ capitulũ exponat̃ ꝫm p̃dicti Cõmẽtatoris intẽtionẽ : oĩa sequẽtia ꝯfusa ꝛ inordinata apparebũt. Nec ẽ mirũ.qꝛ vno inconuenienti posito alia sequunt̃. Adhuc aũt manifesti⁹ ħ apparet ꝑ ħ ꝙ Arist. iferius ingrere itẽdẽs de sempiternitate p̃mi mot⁹:vtit̃ eo qđ ħ demõstrat̃ q̃si p̃n°. Qđ nullo mõ faceret:si ħ ꝓbasset p̃mũ motũ eẽ eternũ. Ratio aũt ex q̃ Auer. motus fuit:oĩno friuola est. Dicit.n. ꝙ si dicat̃ ꝙ Aristo. hic itẽdit ingrere de sempiternitate mot⁹ in cõi:sequit̃ ꝙ ꝯsideratio Arist. hic sit diminuta:qꝛ nõ apparet ꝑ id qđ hic determinat̃ quomõ mot⁹ semp possint ꝯtinuari adiuicẽ. Sed hoc nihil est:qꝛ Arist. sufficit in ħ ca° ꝓbare ꝙ motus semp fuerit. Qualr̃ aũt sempiternitas mot⁹ cõtinuet̃:vtrũ ꝑ hoc ꝙ oĩa semp moueant̃:vel qñqꝫ q̃scãt vel per hoc ꝙ quedã semp mouent̃ quedã vo qñqꝫ mouentur ꝛ qñqꝫ q̃scunt:statim imediate ingrit. Sic igit̃ ꝫm hãc itẽtionẽ exponẽdũ est p̃us caplm̃ qđ itẽdit hic inquirere de motu in cõi. Querit̃ g̊ ꝫm ħ. Utrũ motus in cõi aliqñ eẽ inceperit:ita ꝙ p̃us nihil vnq̃ motũ fuerit:ꝛ qñqꝫ sic deficiat ꝙ nihil postmodũ moueat̃. Aut ecõtrario:neqꝫ vnq̃ icepetit neqꝫ vnq̃ deficiet:sꝫ semp erat ꝛ semp erit. Et ponit exẽplũ in aĩalibus: ꝓpter ħ ꝙ gdã dixerũt mũdũ eẽ quoddã aĩal magnũ. Uidemus.n. ꝙ aĩalia viuunt q̃diu appet i eis aliqs motus. Cessante aũt oĩ motu:dicunt̃ aĩalia mori. Sic igit̃ i tota vniuersitate nãliũ corpoꝝ motus ꝯsiderat̃ vt vita quedã. Si ergo motus semp fuit ꝛ semp erit:ista quasi vita nãliũ corporũ erit imortalis sine cessatione.¶ Secundo ibi.

Opinio Auerro.

Impꝛobatio opinio. Auer.

Prio ex verbis.

2° ex processu 6ᵉ.

Prio ex medio.

2° superfluitate.

Lec. 5. c. m. 53.

3° diminutione.

4. confusione.

5 supra. 1. com. 10.

Lec. 13 t. com 53.

6 Rõ friuola cõmẽtatoris.

6 sufficiẽtia.

Lec. 5. a p̃n°.

¶ Motũ igit̃ oẽs ingunt eẽ q̃ de nã aliqd dicũt: tũ qꝛ mũdũ faciũt:tũ qꝛ ꝯtẽplatio ipsis oĩs est de gñatione corruptiõe:que quã ipossibile est eẽ si nõ sit motus.

¶ Eſſe qdē igitur motū oēs affirmāt de natura aliqd dicētes: ꝓpter hoc ꝙ mūdū faciunt: ⁊ de generatione ⁊ corruptiōe eē ꝯſiderationē oib⁹ his ipſis: qm̄ impoſſibile eſt eē: niſi ſit motus.

¶ Rn̄det tacite qōni. In ꝑcedētibus .n. libris Ariſto. locu tus fuerat de motu in cōi nō applicādo ad res. Nūc autē ingrēs an motus ſemꝑ fuerit applicat cōez ꝯſiderationē motus ad eē qd̄ hȝ in rebus. Poſſet ergo aliqs dicere ꝙ i hac ꝯſideratione prius erat querēdū de motu an habeat eſſe in rebus: ꝙ̄ queraṫ an ſit ſempiternus. Et ꝑcipue cū qdā negauerint eē motū. Ad h̄ rn̄det dicēs ꝙ oēs q locuti ſūt de nā reꝝ: affirmāt ꝙ mot⁹ ſit. Et h̄ pȝ ꝑ hoc qd̄ dicūt mūdū eē factū: ⁊ ꝙ oēs ꝯſiderāt de gn̄atione ⁊ corruptiōe reꝝ q̄ nō pōt eē ſine motu. Eſt igiṫ cōis ſuppoſitio i ſciētia nāli ꝙ mot⁹ habeat eē in reb⁹. Un̄ de h̄ nō eſt q̄rendū in ſcientia nāli. Sicut nec in aliq̄ ſciētia mouetur qd̄ de ſuppoſitionibus illius ſcientie. ¶ Deinde cū dicit.

Nōbile

¶ Veꝝ q mūdos īfinitos eē: ⁊ alios ipoꝝ fieri: alios corrūpi dicūt: hi motū inqunt ſemꝑ eē. Sint eni gn̄ationes ⁊ corruptiones ipſoꝝ: cū motu neceſſe eſt.

¶ Sed quanti quidē infinitos mundos dicunt eſſe: ⁊ quoſdam quidem fieri: quoſdam autem corrumpi: ſed mundorum ſemper dicunt eſſe motum. Neceſſariū enim generationes ⁊ corruptiones cum motu eſſe ipſorum.

¶ Ponit opiniones ad vtrāqȝ ꝑtē qōnis mote. Et ꝓmo ponit opiniones dicētiū motū ſemꝑ eē. Scd̄o opiniones ponētiū motū nō ſemꝑ eſſe. ibi [Quicūqȝ aūt.] Ad euidentiā ḡ ꝓme ꝑtis ſciēdū eſt ꝙ Democritus poſuit ꝓma reꝝ principia corpa idiuiſibilia: ⁊ ſemꝑ mobilia: ex quaꝝ cōgregatione dicebat mūdū caſualiter factū: ⁊ nō ſolū iſtū in q̄ nos ſum⁹: ſed īfinitos alios: ſm ꝙ accidit in diuerſis ꝑtib⁹ īfiniti vacui ꝑdicta corpa ꝯgregata mūdos feciſſe. Nec tn̄ hos mūdos ponebat i ꝑpetuū duraturos: ſȝ quoſdā eoꝝ fieri ꝑ aggregationē athomoꝝ: quoſdā vō corrūpi ꝑ eoꝝ ſegregationē. Quotcūqȝ igiṫ philoſophi hoc poſuūt cū Democrito: dicūt ſemꝑ eē motū: q2 ſemꝑ dicūt eē generationes ⁊ corruptiones aliquoꝝ mundoꝝ: quas neceſſarium eſt eſſe cū motu. ¶ Secundo ibi.

Nōbile

¶ Qui vō mūdū aut vnū ⁊ ſemꝑ eūdē eſſe dicūt: aut vnū qdem: ſed non ſemꝑ: hi de motu quoqȝ ſilr opinanṫ. Si igiṫ ꝯtigit aliqñ nihil moueri: dupliciter id accidere neceſſe ē. Aut enim vt Anaxagoras cēſet. Dicit eni cū oīa ſimul eēnt atqȝ qeſcerēt tpe īfinito: mētē mouiſſe atqȝ ſegregaſſe. Aut vt Empedocles dicit interdū res moueri: iterdū qeſcere. Moueri qdē: cū aut vnū ex multis ꝯcordia: aut ex vno multa diſcordia facit. Quieſcere vō in hiſce tꝑib⁹ que iter hec media cadūt. Dicit eni hoc mō. Nā quo de multis naſci ꝯſueuerit vnū. Atqȝ iteꝝ ex vno gn̄āto plura renaſci. Hoc fiūt: fixūqȝ ſibi nō ꝑmanet euum. At quo mutanṫ nunꝙ̄ ceſſante recurſu. Hoc ſic ꝑpetuo ſtabilē verſāṫ i orbē. Cū eni dicit. At quo mutāṫ nunꝙ̄ ceſſāte recurſu: id empedoclē arbitrādū eſt itelligere: hinc inꝙ̄ illuc: ⁊ illinc huc fieri motum.

T.c.8.2. ¶ Quicūqȝ aūt vnū: ⁊ nō eſſe ſemper: ⁊ de motu apponunt rōnez. Si igiṫ ꝯtingit aliquādo nihil moueri: dupliciter neceſſe eſt hoc accidere. Aut enim ſicut Anaxagoras dicit. Inquit enī ille ſimul omnibus exiſtētibus ⁊ qeſcētibus in īfinito tēpore: motū facere itellectū ⁊ diſgregare. Aut ſicut Empedocles in parte moueri: ⁊ iterū qeſcere. Moueri qdē: cū amicitia ex multis faciat vnū: aut diſcordia mlta ex vno. Quieſcere aūt in medijs tēporibus dicēs ſic. Inquātū qdē ex pluribus vnū didicit naſci: inquātū iterū ex vno geminato plurima perficiunṫ. Sic fiunt res: ⁊ nullo modo ipſius eſt ſeculum vnū. Sic autem permutantur: neqȝ ſimul perficiuntur. Sic autem ſemper ſunt immobiles ſm circulum. Hoc enī quod ſic permutantur ab hic inde dicere ipſum opinandum eſt.

¶ Ponit opiniones ad ꝑtē ꝯtrariā: ⁊ dicit ꝙ quicunqȝ poſuūt vnū ſolū mūdū: ⁊ nō eē cū ſēpiternū: ēt de motu poſuūt: q2 ꝯſeqtur ſm rōnē: vt. ſ. nō ſemꝑ ſit. Si ḡ ponaṫ ꝙ ſit aliqd̄ tēpus i quo nihil mouebaṫ: opȝ ꝙ h̄ accidat duobus modis. Poniṫ .n. duobus modis h̄ mūdus nō ſemꝑ fuiſſe. Uno mō ꝙ mūdus iſte ſic icepit ꝙ nūꝙ̄ antea fuerat: ſicut poſuit Anaxagoras. Alio mō ꝙ mūdus ſic incepit ꝙ aliquo tēpore nō fuit: ſed ante illud tēpus iteꝝ fuerit: vt poſuit Empedo. Et ſilr circa motū. Anax. aūt dixit ꝙ quodā tpe oīa ſimul erāt vnū cū alio cōmixtū: ⁊ nihil erat ab alio ſegregatū. In qua qdem reꝝ mixtura neceſſe fuit ponere ꝙ oīa qeſcerēt. Motus .n. nō eſt abſqȝ diſgregatiōe. Oē enī qd̄ moueṫ ab aliq̄ recedit vel i aliud tēdat. Hāc ḡ reꝝ mixturā ⁊ qetē poſuit ꝑextitiſſe i tpe īfinito: dixit qd̄ nūꝙ̄ antea fuerat aliqs mot⁹. Et ꝙ itellꝰ q ſolus nō erat ꝑmixt⁹ icepit de nouo facē motū ⁊ diſgregare res abinicē. Empe. vō dixit ꝙ i aliq̄ ꝑte tpis ē aliqd moueri: ⁊ iteꝝ i alia ꝑte tpis ē oīa qeſcere. Ponebat eni Empedo. ꝙ amicititia ⁊ diſcordia ſūt ꝓma reꝝ mouētia. Amicitie aūt ꝓpriū ē ꝙ ex multis faciat vnū: diſcordie vō ex vno faciat multa. Quia vō ad eſſe corporis mixti reqriṫ ꝙ elemēta ſint i vnū cōmixta: ad eē vō mūdi reqriṫ ꝙ elemēta ſint in locis ſuis per ordinē diſtributa: ponebat ꝙ amicitia eſt cā generationis corpoꝝ mixtoꝝ: diſcordia vō cauſa corruptionis. Sed ecōtrario in toto mūdo amicitia cā corruptionis: ⁊ diſcordia generatiōis. Sic ḡ ponebat moueri totū mūdū: cū vel amicitia ex multis facit vnū: vel diſcordia multa facit ex vno. Sed qetē ponebat eē in medijs tꝑib⁹: nō qdē ita ꝙ nil moueṫ: ſȝ q̄tū ad gn̄alē mūdi mutationē. Et q2 poſuit ſnīaz Empe. ponit ēt eius vba: q̄ difficultatē hñt: q2 metrice ſcripſit. Sic ḡ ſuā ſentētiā expreſſit Empe. his vbis q̄ ſic ꝯſtruēda ſūt. [Didicit naſci.] i. ſic ꝯſuetū eſt aliqd generari [inꝙ̄tū ex plib⁹ fit vnū] [⁊ iteꝝ] id eſt alio mō. [Ex vno geminato] i. cōpoſito. [perficiūṫ plurima] i. multa fiūt ꝑ diſgregationē. Quedā .n. ſunt q̄ generanṫ ꝑ cōpoſitionē: qdā vō ꝑ diſgregationez. Et ſicut h̄ videmus in ꝑticularibus generatiōibus. [Sic fiūt res] i. ſic eſt itelligēdū in vli reꝝ generatione q̄tum ad totū mūdū. [Et nullo mō ē ipſi⁹ ſeculū vnū] i. nō eſt vnus ſtat⁹ durationis reꝝ: ſȝ qñqȝ generaṫ mūdus: qñqȝ corrūpiṫ: qñqȝ medio mō ſe hȝ. Seculū .n. dr̄ mēſura durationis alicui⁹ rei. Diſtinctionē aūt hoꝝ ſeculoꝝ exꝓmit ſubdēs [Sic aūt ꝑmutanṫ] q̄ſi dicat. Unū ſeculū ē i quo res ꝑmutanṫ per ꝯgregationē vel ſegregationē. Et ne aliquis opinaret ꝙ ad generationē mūdi nō reqriṫ ſeculū i. tps aliqd: ſed mūdus ſit in īſtāti: ad h̄ excludēdū ſubiūgit [Neqȝ ſimul ꝑficiunṫ.] ſed per multā morā tpis. Deide de alio ſeculo ſubdēs dicit [Si aūt ſemꝑ ſunt imobiles.] q2. ſ. in medio tpe gn̄ationis ⁊ corruptiōis poſuit res qeſcere. Et ne aliqs crederet ꝙ ſemꝑ antea fuerit ꝑmutatio: ⁊ poſtea ſꝑ futura ſit qes: ad h̄ excludēdū diṫ [Scd̄ȝ circulū]

circulũ].q.d.circulariter h ↄtingit φ ꝑmutant res ꝛ postea gescũt:ꝛ iterũ ꝑmutant:ꝛ sic in infinitũ. Deinde subdunt vba Aristo.exponẽtis ꝑdicta vba Emped. maxime quãtũ ad hoc qđ dixit[Sic aũt ꝑmutaꝛ.] Dicit ḡ φ opinãdũ est in h qđ dixit[sic ꝑmutant]itellexit[ab hic ide] s.a quodã ꝑncipio vsq3 nũc non φ semper fuerit motus. vel φ postq̃ incepit sit interruptus.❡ Deinde cũ dicit.

❡ Cõsiderãdũ est igiꝛ de hoc quonã mõ se h3. Est.n. operęp̃ciũ hãc ꝓspicere veritatẽ:ꝛ nõ solũ ad nãlem cõtẽplationẽ:sed ꝛ ad eã doctrinã que circa principium primum versatur vehementer conducit.

T.c.3. ❡ Cõsiderãdũ igiꝛ de hoc quomodo se h3. Pre opere eni3 nõ solũ ad nature cõsideratonẽ scire veritate3:sed ad scientiam de principio primo.

❡ Ostẽdit vtilitatẽ huius ↄsiderationis:ꝛ dicit φ ↄsiderandũ est quõ se habeat vitas circa hãc q̃õnẽ:q2 scire vitate3 huius q̃õnis est ꝑope.i.ꝑnecessariũ nõ solũ ad ↄsiderationẽ scie nãlis:s3 ẽt ad sciam de ꝑmo ꝑncipio:q2 in hoc.8.ꝛ 12.meta.ad ꝓbãdũ vnũ principiũ vtiꝛ eternitate motus. Hec.n.via ꝓbãdi ꝑmũ ꝑncipiũ eẽ:est efficacissississima:cui resisti nõ põt.Si eni mũdo ꝛ motu existẽte sempiterno necesse est ponere vnũ ꝑmũ ꝑncipiũ:multo magis sempiternitate eoꝝ sublata:q2 manifestũ est φ oẽ nouũ idiget aliquo ꝑncipio inouãte.Hoc ergo solo mõ poterat videri φ nõ est necessariũ ponere ꝑmũ ꝑncipiũ si res sunt ab eterno.Vñ ẽt si hoc posito sequiꝛ ꝑmũ ꝑncipiũ eẽ:ondiꝛ oĩno necessariũ primũ principium esse. LEC. II.

Lec. vltima pa° meta. Lec 5. in principio.

❡ Ex his aũt ordiemur que ꝑus a nobis in libris nãlis scie sunt definita. Dicimus itaq3 motũ ipsi° mobilis hoc actũ eẽ quo mobile ẽ. Necesse ẽ ergo res eẽ:q̃ vnoquoq3 motu moueri ꝑsit. Et sine definitiõe etiã motus quis ꝓfecto fatebiꝛ necessariũ esse id moueri qđ singulis motib° moueri põt:ceu alterari quidem id qđ est alterabile:ferri aũt id qđ loco mutabile est. Quare sit antea combustibile q̃ꝫ comburatur:ꝛ combustiuum antea q̃ꝫ comburat oportet.

T.c.4. **I**ncipiemus aũt primum ex diffinitis a nobis in physicis prius. Dicimus aũt motũ esse endelechiã mobilis ſm φ est mobile. Necesse ergo existere res possibiles moueri:ſm vnũquẽq3 motũ. Et sine motus diffinitiõe:ois vtiq3 ↄfitebitur necessariũ eẽ motũ possibile moueri ſm vnũquẽq3 motu3:vt alterari alterabile:ferri autem ſm locum mutabile. Quare prius oportet esse combustibile q̃ꝫ comburatur:ꝛ combustiuum q̃ꝫ comburere.

Postq̃ꝫ mouit dubitationẽ de sempiternitate motus.h ondit motũ eẽ sempiternũ.Et diuiditur in ptes duas in ꝑma ondit ꝓpositũ. In scđa soluit ea que in ↄ̃riũ obyci possent.ibi[Cõtraria aũt his ꝛc̃.]Circa primũ duo faẽ.Pͥo põit rõnes ad ondẽdũ sempiternitatẽ mot°.Scđo ponit rõnes ↄ̃ opiniões ph̃oꝝ ↄ̃riũ opinãtiũ.ibi[Sed nõ aliqñ ꝛc̃.]Circa ꝑmũ duo faẽ.Pͥo ostẽdit φ mot° semꝑ fuit.Scđo φ semꝑ erit.ibi[Eadẽ autẽ rõ est ꝛc̃.]Circa ꝑmũ duo facit.Pͥo ondit ꝓpositũ rõne accepta ex pte motus. Scđo rõne accepta ex pte tpis.ibi [Adhuc aũt ꝑus ꝛ posterius ꝛc̃.]Circa ꝑmum tria facit. Pͥo ꝑmittit quoddã qđ est necessariu3 ad ꝓbationẽ sequẽtẽ.Scđo iducit ꝓbationẽ ad ꝓpositũ ostẽdẽdum.ibi [Ergo ꝛ hoc necessariũ est ꝛc̃.]Tertio ondit necessitate3 rõnis iducte.ibi[Alia qdẽ mouẽt singulariter.]Diꝛ ergo

primo φ ad ꝓpositũ ondẽdũ debemus icipe ab his que primo determiata sunt in physicis:vt eis q̃si ꝑncipys vtamur.Per qđ dat itelligere pcedẽtes libros:in q̃bus de motu in cõi determiaũt.Et ꝑꝑ hoc appellanꝛ vlr de nãlibus.Dãt.n.quãdã distictionẽ ad hũc libꝝ octauũ in quo iã icipit motũ ad res applicare.Assumit ḡ id qđ dictũ est in.3.physi.s.φ mot° est act° mobilis inquãtũ hui°.Ex quo apparet φ ad h φ sit motus necesse est existere res q̃ possint moueri quocũq3 motu:q2 nõ põt eẽ actus sine eo cuius est actus.Sic ergo ex diffinitiõe mot° appet φ necesse est eẽ subiectũ mobile ad h φ sit motus.Sed ẽt absq3 diffinitiõe motus ꝑ se manifestũ est hoc:vt p3 ex cõi snia oĩu3.Quilibet.n.confiteꝛ h eẽ necessariũ φ nõ mouetur nisi qđ ẽ possibile moueri:ꝛ hoc ſ3 vnũquẽq3 motũ.Sicut φ nõ ↄtingit alterari nisi qđ est alterabile:neq3 mutari ſm locũ nisi qđ est ſm locũ mutabile.Et q2 subiectũ nãliter ꝑus est eo qđ est in subiecto:possum° cõcludere in singulis mutatiõib° ꝛ ex pte mobilis ꝛ ex pte mouẽtis:φ prius est ipsu3 subiectũ cõbustibile q̃ꝫ cõburaꝛ.[ꝛ cõbustiuũ].i.subiectũ põt cõburere q̃ꝫ cõburat:ꝑus inquã nõ semꝑ tpe s3 nã.Ex hac aũt Aristo.ꝓbatiõe Auer.occasionẽ sumpsit loquẽdi ↄ̃ id qđ ſm fidẽ de creatiõe tenemus. Si.n.fieri qđdã mutari est:ois aũt mutatio reqͥrit subiectũ:vt hic Aristo.ꝓbat.necesse est φ oẽ qđ fit fiat ex aliq̃ subiecto.Nõ ergo possibile est φ fiat aliqđ ex nihilo.Adducit ẽt ad h scđa3 rõnẽ:q2 cũ diꝛ nigrũ fieri ex albo:h nõ diciꝛ ꝑ se:ita φ ipsu3 albũ ↄuertaꝛ in nigrũ:s3 h diꝛ ꝑ accidẽs:q2.s.recedẽte nigro succedit albũ.Oẽ aũt qđ est ꝑ accidẽs reduciꝛ ad id qđ est per se.Hoc aũt ex quo aliqđ fit per se:est subiectũ qđ itrat substãtiã rei facte.Oẽ ergo qđ diꝛ fieri ex opposito:fit qdẽ ex opposito per accidẽs:per se aũt ex subiecto.Nõ ergo est possibile φ ens fiat ex nõ ente simplr.Adducit aũt ad h tertio cõem opinionẽ oĩum antiquoꝝ ph̃oꝝ ponẽtiũ nihil ex nihilo fieri.Assignat ẽt duas cãs ex q̃bus reputat hãc positionẽ exortam φ aliqđ ex nihilo fiat.Quaꝝ ꝑma est φ vulgus nõ reputat existẽtia:nisi ea q̃ sunt cõprehẽsibilia visu:q2 ḡ vulgus videt aliquod factũ visibile qđ ꝑus visibile nõ erat:reputat possibile aliqđ ex nihilo fieri.Scđa cã est:q2 apud vulgus reputaꝛ eẽ ex diminutiõe virtutis agẽtis φ idigeat mã ad agẽdũ:qđ tñ nõ est ex ipotẽtia agẽtis:sed ex ipsa rõne motus.Quia ergo ꝑmũ agẽs nõ h3 potentiã aliquo mõ defectiuã:sequiꝛ φ nõ agat absq3 subiecto.Sed si qs recte cõsideret:ex simili cã ipse deceptus fuit ex qua cã nos deceptos arbitratur.s.ex ↄsideratiõe pticulariũ entiũ.Manifestum est enim φ potentia actiua pticularis:ꝑsupponit mãm quã agẽs vniuersalius operaꝛ:sicut artifex vtiꝛ mã quã nã facit.Ex hoc ergo φ oẽ pticulare agẽs ꝑsupponit mãm quã nõ agit:nõ op3 opinari φ primũ agẽs vniuersale qđ est actiuũ totius entis aliqđ ꝑsupponat:quasi nõ creatũ ab ipso.Nec hoc etiã est ſm itẽtionẽ Aristo.Probat.n.in.2.meta.φ id qđ est maxime veru3 ꝛ maxie ens: est cã essendi oĩbus existib°.Unde hoc ipsum eẽ in potẽtia qđ h3 mã ꝑma sequiꝛ deriuatum eẽ a ꝑmo essendi ꝑncipio qđ est maxime ens.Nõ igiꝛ necesse est ꝑsupponi aliquid eius actiõi qđ nõ sit ab eo ꝓductũ.Et q2 ois motus indiget subiecto:vt hic Aristo.ꝓbat:ꝛ rei vitas h3:sequiꝛ φ ꝓductio vlis entis a deo non sit motus nec mutatio:s3 sit q̃dã simplex emanatio.Et sic fieri ꝛ facere equoce dicuntꝛ in vli rerũ ꝓductione ꝛ in aliys ꝓductiõib°.Sicut ergo si itelligamus rerũ ꝓductionẽ eẽ a deo ab eterno:sic Arist.posuit ꝛ plures platonicoꝝ:nõ est necessariũ:imo ipossibile φ huic vli ꝓductiõi aliqđ subiectũ nõ ꝓductũ preintelligaꝛ.Ita ẽt si ponamus ſm nr̃e fidei snia3 φ nõ ab eterno ꝓduxerit res:sed ꝓduxerit eas postq̃ꝫ non fuerant:nõ est necessariũ φ ponaꝛ aliqđ subiectum huic vli

T.cõ.6.ꝛ 16.

Opinio Cõmentatoris.

Improbatio opinionis Auer.

Lec.2.t. c.4.

productiõi. Patet ergo q̄ h̄ qḋ Aristo. hic probat q̄ oīs motus indiget subiecto mobili nõ est cõtra sniaȝ nostre fidei: qꝛ iaȝ dictũ est q̄ vl'is rerũ ꝑductio siue ponat̄ ab eterno siue nõ ab eterno: non est motus nec mutatio. Ad hoc.n. q̄ sit motus vel mutatio reqrit̄ q̄ aliter se habeat nunc ꝛ prius: ꝛ sic aliqḋ eēt prius exñs: ꝛ per ꝯñs hec non esset vl'is rerũ ꝑductio de qua nũc loqmur. Similiter qḋ dicit q̄ aliqḋ dr̄ fieri ex opposito ꝑ accidẽs ꝛ ex subiecto per se: veritateȝ hȝ in ꝑticularibus factionibus ſm q̄s fit hoc aut illud ens. vt hõ aut canis. Nõ autẽ hȝ veritatẽ in

T.c.14.i. c.78. vniuersali entis ꝑductione. Qḋ pȝ ex hoc q̄ Phs dixit in primo physicoꝝ. Dixit.n. ibi q̄ si fiat hoc animal inquãtũ est hoc animal: non opȝ q̄ fiat ex nõ animali: sed ex non hoc animali: puta si fiat homo ex non homine: aut equus ex nõ equo. Si aũt fiat animal inquãtũ est animal oportet q̄ fiat ex nõ aīali. Sic ergo si fiat aliqḋ ꝑticulare ens: nõ fit ex oīno nõ ente: ſȝ si fit totũ ens: qḋ est fieri ens inquãtũ est ens: opȝ q̄ fiat ex penitus nõ ente. Si tñ ꝛ hoc debeat dici fieri. Equoce.n. dicit̄: vt dictũ est. Qḋ ēt introducit de antiqꝛ phoꝝ opinionib⁹ efficaciã nõ hȝ: qꝛ antiqui nãles nõ potuerũt ꝑuenire ad cãm p̄mã totius eē: sed cõsiderabãt cãs ꝑticulariũ mutationũ: quoꝝ primi ꝯsiderauerũt cãs solarũ mutationũ accñtaliũ: ponẽtes fieri eē alterari: sequẽtes v̄o ꝑuenerũt ad cognitionẽ mutationũ substantialium. Postremi v̄o vt Plato ꝛ Aristo. ꝑuenerũt ad cognoscẽdũ p̄ncipiũ totius eē. Sic igit̄ pȝ q̄ nõ mouemur ad ponẽdũ aliqḋ fieri ex nihilo: qꝛ reputemus ea eē soluȝ entia que sunt visibilia: sed magis ecõtrario: qꝛ nõ ꝯsideramus solas ꝑductiones ꝑticulares a causis ꝑticularib⁹: sed ꝑductionẽ vniuersalẽ totius eē a primo essendi p̄ncipio. Nec etiã ponimus q̄ indigere mã ad agẽdũ sit potẽtie diminute: quasi deficiẽtis a virtute nãli. Sed dicim⁹ hoc esse potentie ꝑticularis que nõ põt super totum ens: sed facit aliqḋ ens. Et potest sic dici esse potentie diminute facere aliqḋ ex aliquo: sicut si dicamus potentiã ꝑticularẽ esse minorem potencia vniuersali. ¶ Secundo ibi.

¶ Igit̄ ꝛ hec ipa necesse est: aut si nõ erãt aliqñ facta esse: aut ꝑpetua eē. Si igit̄ vnũquodq̄ mobilium ac motiuoꝝ est factũ: necesse ē ante motũ acceptũ: aliã mutationẽ motũq̄ fuisse. Quo qdẽ ortũ id est qḋ aut moueri: aut mouere põt. Sin semꝑ erãt motus: tamẽ erat absurdũ: ꝛ ex sese qdẽ si animaduertat̄ videtur: magis tñ si ꝓficiscamur vlterius hoc necesse est euenire. Nã si quedã sunt mobilia: quedã motiua: ꝛ iterdum est actu qd primũ mouẽs: ꝛ aliqḋ qḋ mouet̄: interdum nihil: sed quiescit: hoc prius mutetur oportet. Erat eniȝ aliquid causa profecto quietis. Quies enim est priuatio motus. Quare ante primam mutationem: mutatio prior erit.

T.c.5. ¶ Ergo ꝛ hoc necessariũ est aut facta aliquãdo

T.c.6. esse cũ nõ eēnt: aut ꝑpetua esse. ¶ Si qdẽ igitur factũ est mobiliũ vnũquodq̄: necessariũ ē pri⁹ accepta aliã mutationẽ factã eē: ꝛ motũ ſm quẽ factũ est possibile motũ esse: aut moueri. ¶ Si

T.c.7. autẽ que sunt ꝑerãt semꝑ motu nõ existẽte: irrationabile qdẽ videt̄ ꝛ ab insciẽtibus. At v̄o magis ingredientibus hoc necessariũ est accidere. Si eniȝ aliis qdẽ mobilibus existẽtib⁹: aliis aũt motiuis: aliqñ qdẽ erit aliqḋ primum mouẽs: hoc aũt qḋ mouet̄: aliqñ qdem nihil. sed qescit: oportet hoc mutari prius. Erat.n. aliqd causa quietis. Quies enim priuatio motus est. Quare ante primaȝ mutationem erit mutatio prior.

¶ Supposito q̄ ad hoc q̄ sit motus reqrat̄ mobile ꝛ motiuũ: sic argumẽtat̄. Si motus nõ semꝑ fuit: necesse est dicere aut q̄ mouẽtia ꝛ motiua sint aliqñ facta cũ p̄us non eẽnt: aut q̄ sit ꝑpetua. Si ergo dicat̄ q̄ vnũqḋq̄ mobile est factũ: necesse est dicere q̄ ante mutationẽ que accipit̄ vt prima sit alia mutatio: ꝛ motus ſm quẽ factũ est ipsuȝ mobile qḋ põt moueri ꝛ motũ eē. Que qdẽ illatio dependet ex p̄cedẽtibus. Si eniȝ det̄ q̄ motus nõ semꝑ fuerit: sed aliqua mutatio sit anteq̄ nulla fuerit: sequet̄ q̄ illa mutatio habeat aliqḋ mobile: ꝛ q̄ illud mobile sit factuȝ cũ prius nõ fuerit: cũ ponant̄ oīa mobilia eē facta. Omne aũt qḋ fit cũ p̄us nõ fuerit fit per aliquẽ motũ vel mutationẽ: motus aũt vel mutatio per quã fit mobile est prior q̄ mutatio qua mobile mouebat̄: ergo ante mutationem que dicebat̄ eē p̄ma est alia mutatio: ꝛ sic in infinitũ. Si aũt dicat̄ q̄ ea que sunt mobilia semꝑ preexistebãt etiaȝ motu nullo existẽte: hoc videt̄ irrationabile: ꝛ dictum a nesciẽtibus. Statiȝ eniȝ apparet q̄ si mobilia sunt: opȝ eē motũ. Mobilia eniȝ naturalia simul etiã sunt mouẽtia: vt ex tertio pȝ. Mouẽtib⁹ aũt ꝛ mobilibus nãlib⁹ existẽtibus necesse est eē motũ. Sed vt ꝓfundius igrediamur T.c.4. c.8. ad veritatis inq̄sitionẽ necessariũ est hoc idẽ accidere si ponant̄ mobilia ꝛ mouẽtia p̄existẽtia semꝑ ante motuȝ: qḋ sequebat̄ si ponant̄ hec eē facta. s. q̄ ante mutationeȝ que ponit̄ p̄ma sit alia mutatio in infinitũ. Qḋ sic pȝ: qꝛ si ponat̄ q̄ sint aliqua mobilia ꝛ aliq̄ motiua: ꝛ tñ aliqñ primũ mouẽs icipiat mouere ꝛ aliquid moueri ab ipso: ꝛ ante h̄ nihil moueat̄: ſȝ qescat: oportebit dicere q̄ sit alia mutatio p̄us facta in mouẽte vel mobili: q̄ id qḋ põebat̄ primo mouẽs icipiat mouere. Qḋ sic pȝ. Quies.n. est p̄uatio mot⁹. Priuatio aũt nõ inest susceptiuo habit⁹ ꝛ forme nisi ꝓpter aliquã cãm. Erat ergo aliq̄ cã vel ex ꝑte motiui vel ex ꝑte mobilis quare qes erat: g̃ ea durãte semper quies remanebat. Si ergo aliqñ mouẽs icipiat mouere: oportet q̄ illa causa quietis remoueatur. Sed nõ potest remoueri nisi per aliquẽ motũ vel mutationem: ergo sequitur q̄ ante illã mutationeȝ que dicebatur esse p̄ma sit alia mutatio p̄or qua remouet̄ cã quietis. ¶ Scḋo ibi.

¶ Nã quedã vnice: quedam ꝛ motib⁹ ꝯrriis mouent. Ignis nãq̄ calefacit: sed nõ frigefacit. At scia vna cõtrarioꝝ eē videt̄: illic etiã sile qd eē videt̄. Nã frigidũ versuȝ quodãmõ: atq̄ abiẽs calefacit: sicut ꝛ hi sce: qui scit peccat sua spõte: cũ ecõtra sciẽtia vtitur.

¶ Alia quidẽ eniȝ mouẽt singulariter: alia aũt ꝛ T.c.8. ſm cõtrarios motus: vt ignis qdẽ calefacit: frigefacit autem non. Scientia autẽ videtur contrarioꝝ esse vna. Videtur igitur ꝛ ibi esse aliqd simili modo. Frigidũ enim calefacit conuersuȝ quodãmodo ꝛ abscẽdẽs: sicut ꝛ peccat volũtarius sciens: qñ econtrario vtitur scientia.

¶ Probat necessitatẽ p̄misse rõnis. Posset eniȝ aliqs dicere q̄ ꝯtingit qñq̄ qescere: ꝛ qñq̄ moueri: absq̄ hoc q̄ p̄existerit aliq̄ cã qetis que remoueat̄. Unde hoc vult excludere. Et circa hoc duo facit. Primo p̄mittit qḋdã qḋ est necessariũ ad ꝓpositũ. Scḋo inducit ꝓpositã ꝓbationeȝ. ibi [Si igit̄ q̄cũq̄ possibilia sũt ꝛc.] Dicit g̃ p̄mo q̄ eoꝝ que mouẽt: q̄dã mouẽt singulr. i. vno mõ tñ: q̄dã v̄o mouẽt ſm ꝯrrios mot⁹. Que mouẽt tñ vno mõ sũt nãlia: sic ignis semꝑ calefacit ꝛ nũq̄ frigefacit. Sȝ agẽtia ꝑ itellectũ mouẽt ſm ꝯrrios mot⁹: qꝛ vna scia vĩ eē ꝯrrioꝝ: sic medicia ē scia sani ꝛ egri. Unde vĩ q̄ medic⁹ ꝑ suã sciaȝ possit

mouere

mouere ſm ↄ̄rios motus. Poſuit aũt hãc diſtinctionem mouẽtiũ: q2 in his q̃ agũt per itellectũ vĩ non eẽ verũ qḋ ipſe dixerat. ſ. q̇ ſi aliq̇d mouetˀ cũ pus geuerit: oportet prius remoueri cãm getis. Agẽtia. n. ꝑ itellectũ videntˀ ſe ad oppoſita habere abſq3 aliqua ſui mutatiõe. Unde vĩ q̇ poſſint mouere ꝛ nõ mouere abſq3 aliq̃ mutatiõe. Ne ĝ per hoc ſua rõ ipediatˀ ſubiũgit q̇ rõ ſua ſilr tenet in his que agũt per itellectũ: ꝛ in his que agũt ꝑ nãm: q2 ea que agũt per nãm: ꝑ ſe q̇dẽ ſemꝑ mouẽt ad vnũ: ſ3 per accñs q̃nq3 mouẽt ad ↄ̄riũ. Et ad hoc q̇ illud accñs eueniat: neceſſe eſt eẽ aliquã mutationẽ. Sicut frigidũ per ſe ſemꝑ frigefacit: ſed per accñs calefacit. Sed q̇ per accñs calefaciat hoc eſt ꝑ aliquã eius mutationẽ: vel iq̃ñtũ vertitˀ ad aliũ ſitũ: vt alio mõ reſpiciat id qḋ nunc calefit ab eo qḋ prius frigefiebat: vel iq̃ñtũ totalr abſcedit. Dicim⁹. n. frigus eẽ cã3 caloris abſendo: ſicut gubernator per ſui abſentiã eſt cã ſubmerſiõis nauis. Silr ẽt frigus per accñs fit cã caloris. vel ꝑ maiorẽ elõgationẽ: vel ẽt per maiorẽ appropinq̃tionẽ. Sic in hyeme iteriora alaliũ ſunt calidiora calore ad iterius recurrẽte ꝑꝑ frigus circũſtãs. Sic etiã eſt in agẽte ſm itellectũ. Scia. n. l3 ſit vna ↄ̄riorũ: tñ nõ equalr vtrorũq3: ſ3 vni⁹ pncipalr. Sicut medicia ad hoc ẽ ꝑ ſe ordiata q̇ faciat ſanitatẽ. Si ĝ ↄtingat q̇ medicus vtatˀ ſua ſcia in ↄ̄riũ ad iducendũ egritudinẽ: peccat. Et hoc nõ erit ex ſcia per ſe. ſed per accidẽs: ꝓpter aliq̇d aliud. Et ad hoc q̇ illud aliud adueniat cũ prius nõ eſſet: neceſſe eſt eſſe aliquam mutationem. ❡ Secundo ibi.

❡ Uerũ ea que agere: aut mouere: ꝛ ea q̃ pati: aut moueri pñt: nõ oĩno hoc pñt: ſed ſi ſic ſe hñt: atq3 ad ꝓpinqua ſibi euadũt. q̃re cũ id fuerit: aliud mouet: aliud mouetˀ: ꝛ cũ id euenerit: vt aliud ſit mobile: aliud motiuũ. Si igitˀ nõ ſemꝑ mouebatˀ nõ ita ſeſe habebant: vt alterũ mouere: alterũ moueri poſſit: vt patet. Sed alterꝝ ipſorꝝ mutari oportebat. In his. n. q̃ ſũt ad aliq̇d id accidere neceſſe ẽ. Ueluti ſi duplum nõ erat: ꝛ nũc duplũ euaſit. Si nõ vtrũq3 alterꝝ ſaltẽ mutatũ eẽ neceſſe eſt. Erit ergo quedam mutatio prior prima.

❡ Si igitˀ quecũq3 poſſibilia ſunt facere aut pati aut mouere aut moueri: hec aũt moueri nõ penitus poſſibilia ſunt: ſed ſic ſe habẽtia ꝛ ꝓxima alterutris ſunt. Quare cũ ꝓximantˀ: aliud mouet: aliud aũt mouetˀ: cũ ſint vt ſit hoc q̇dẽ motiuũ: illud võ mobile. ❡ Si igitˀ nõ ſemꝑ mouebatˀ: manifeſtũ eſt q̇ nõ ſe habebãt ſic nũc poſſibilia hoc q̇dẽ mouere: illḋ ãt moueri: ſ3 oportuit mutari alterꝝ illorꝝ. Neceẽ. n. i his q̃ ſũt ad aliq̇d hoc accidẽ: vt ſi nõ ẽ duplũ: nũc ãt ẽ: duplũ mutari: ſ3 nõ vtrũq3 alterꝝ. Erit ĝ q̃dã prior mutatio pria. T.c.9.

❡ Inducit ꝓbationẽ ad ꝓpoſitũ oñdẽdũ. Dicit ergo q̇ ex quo ita eſt q̇ ſimili mõ ſe h3 in his q̃ agũt ſm nãm ꝛ ſm intellectũ: poſſum⁹ vlr de oĩbus loquẽtes dicere: q̇ q̃cũq3 ſunt poſſibilia facere aut pati aut mouere vel moueri [nõ penitus poſſibilia ſũt] .i. nõ pñt mouere aut moueri in q̃cũq3 diſpõne ſe habeãt: ſed ꝓut ſe hñt in aliq̃ determinata habitudine ꝛ ꝓpinq̇tate adinuicẽ. Et h̄ ↄcludit ex premiſſis: q2 iã dictũ eſt q̇ tã in agẽtib⁹ ſm nãm q̃3 in agẽtibus ſm volũtatẽ nõ eſt aliq̇d cã diuerſorꝝ niſi in aliq̃ alia habitudie ſe hñs: ꝛ ſic op3 q̇ qñ appropinq̃ñt adinuicẽ mouẽs ꝛ motũ ↄueniẽti ꝓpinq̇tate: ꝛ ſilr cũ ſunt in quacũq3 diſpõne q̃ req̇ritˀ ad hoc q̇ vnũ moueat ꝛ aliud moueatˀ: neceſſe ſit hoc moueri ꝛ aliud mouere. Si ergo non ſemꝑ erat mot⁹: manifeſtũ eſt q̇ nõ ſe habebãt in iſta habitudie: vt tũc vnũ moueret ꝛ aliud moueretˀ: ſ3 ſe hẽant ſicut nõ poſſibilia tũc mouere ꝛ moueri: poſtmodũ aũt ſe hñt in iſta habitudine: vt vnu3 moueat: ꝛ aliud moueatˀ. Ergo neceſſe eſt q̇ alterũ eorũ mutetˀ. Hoc. n. videm⁹ accidere in oĩbus que dicuntˀ ad aliq̇d: q̇ nunq̃3 aduenit noua habitudo niſi per mutationẽ vtriuſq3 vel alterius. Sicut ſi aliq̇d cũ prius non eſſet duplũ nũc factũ eſt duplũ: ꝛ ſi non mutetur vtrũq3 extremorꝝ: ſaltẽ op3 q̇ alterꝝ mutetˀ. Et ſic ſi de nouo adueniat habitudo per quã aliḋ moueat ꝛ aliud moueatur: op3 vel vtrũq3 vel alterũ moueri prius. Et ſic ſequitˀ q̇ ſit mutatio quedam prior mutatione que dicebatur eſſe prima. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Inſuper quonam modo prius: atq3 poſterius erit: ſi non ſit tempus: aut tempus ſi non ſit motus.

❡ Adhuc autẽ prius ꝛ poſterius q̃ñ erunt tꝑe non exiſtente. Aut tempus niſi ſit motus. T.c.10.

❡ Oſtẽdit propoſitũ rõne ſumpta ex ꝑte tꝑis. Et pmo premittit duo que ſunt neceſſaria ad ſequentẽ probationẽ. Quorꝝ pmũ ẽ q̇ prius ꝛ poſterius eẽ nõ poſſunt niſi tꝑs ſit: cũ tꝑs nil ſit aliud q̃3 prius ꝛ poſterius ſm q̇ ſunt numerata. Scḋ3 eſt q̇ tꝑs nõ põt eſſe niſi ſit motus. Et h̄ ẽt p3 ex diffinitione tꝑis quã3 ſupra in. 4. poſuit dicens: q̇ tꝑs eſt numerus motus ſm prius ꝛ poſterius. ❡ Scḋo ibi. T.ec.17. & c.101.

❡ Qḋ ſi tꝑs numerus motus: aut q̇dã ſit motus ſi tẽpus eſt ſemper: ꝛ motum perpetuum eſſe neceſſe eſt.

❡ Si igitur tempus numerus motus: aut motus quidam: ſiquidem tẽpus ſemper eſt: ꝛ motum neceſſe eſt perpetuum eſſe.

❡ Cõcludit quãdã cõditionalẽ ex his que in quarto dicta ſunt. Poſuit. n. ibi ſm ſuã ſniã3 q̇ tꝑs eſt numerus mot⁹: ſm võ aliorꝝ philoſophorum ſentẽtiã. tempus eſt motus quidam: vt ibi dixit. Quodcũq3 aũt horum ſit verum: ſequitur hanc conditionalem eſſe verã. ſi tẽpus ſemper eſt: neceſſe eſt motum ſemper eſſe perpetuũ. ❡ Tertia ibi. T.ec.17.& c.101. T.ec.16.& c.95.

❡ At de tẽpore vniuerſi preter vnũ ↄſentire videntˀ. Oẽs enĩ tẽpus iq̇ũt igenitũ eẽ. Atq3 per hoc Democritus ipoſſibile eẽ demõſtrat oĩa eẽ facta: tẽpus enim dicit non eſſe ortum. Plato võ ſolus ipſum ortum eſſe ait: etenim vna cum celo dicit ipſum ortum fuiſſe: celũq3 factum aſſerit eſſe.

❡ At võ de tꝑe extra vnũ ↄcorditer itelligi videntur oẽs. Ingenitũ eni3 eẽ dicũt. Et ꝑꝑ hoc Democritus demõſtrat tanq̃3 ipoſſibilia oĩa eẽ facta: impoſſibile eni3 eſt tẽpus factũ eſſe. Plato aũt tempus generat ſolus. Simul enim cu3 celo factum eſſe: celum autem factum eſſe dicit.

❡ Probat añs ꝑdicte cõditiõalis duplr. Pmo q̇dẽ ſ3 opiniões aliorꝝ: ꝛ dicitˀ q̇ oẽs philoſophi pter vnũ .ſ. Platone3 cõcorditer videntˀ ſentire de tꝑe q̇ ſit [igenitũ] .i. q̇ non inceperit eẽ poſtq̃3 prius nõ fuit. Unde ꝛ democritus probat impoſſibile eẽ q̇ oĩa ſint facta: quaſi de nouo iceperint: q2 impoſſibile eſt ſic tꝑs eẽ factũ q̇ de nouo iceperit. S3 ſolus Plato [generat tꝑs] .i. dicit tꝑs de nouo factũ. Dicitˀ. n. Plato q̇ tꝑs eſt ſimul factũ cũ celo. Ponebat aũt celum eẽ fcm̃. i. hñe duratiõis pn̄m vt hic Ariſto. ei iponit ſm q̇ ei⁹ vba ſuꝑficietenˀ ſonare videntˀ. Quidã aũt Platõici dicũt Platonẽ ſic dixiſſe celũ eẽ fcm̃ iq̃ñtũ h3 pn̄m actiuũ ſui eẽ: nõ aũt ita q̇ habeat duratiõis pncipiũ. Sic igitur ſolus Plato itellexiſſe videtˀ q̇ tꝑs nõ põt eẽ ſine motu: q2 nõ poſuit tẽpus eſſe ante motu3 celi. ❡ Secundo ibi.

Reprobatis duob⁹ mēbris ꝑmisse diuisiōis: h̃ reprobat tertiū quo. s. pōt posset: entia diuidi i duas dispōnes tm̄: ita ꝙ q̃dā semꝑ qescerēt: alia semꝑ mouerēt̃: ꝛ nō sit tertiū genus entiū q̃ qñqz moueantur: qñqz qescāt. Hoc aūt reprobat dupl̃r. Prio gdē sicut ꝛ ꝑdictas duas positiōes: ex eo ꝙ repugnat sēsui. Nō solū eni videm⁹ ad sensum ꝙ quedā mouent̃: per qđ destruitur ꝑma positio ponētiū oīa qescere semper: ꝛ ꝙ quedā qescūt: per qđ destruitur scđa positio: ponētiū oīa moueri semper: sed etiam videmus ꝙ in eisdem rebus fiūt predicte mutationes seu variatiōes de motu in quietez: ꝛ de quiete in motum: per quod apparet ꝙ aliqua sunt q̃ qñqz mouent̃: ꝛ qñqz quiescunt. ¶ Secundo ibi.

¶ Et insuꝑ his q̃ ꝯtēdit: reb⁹ ꝑfecto manifestissimis aduersat̃. Neqz eni accretio neqz violētus mot⁹ erit ꝑfecto: si nō ꝑternaturaz mouebit̃ prius quiescens. Preterea generationē hec sententia corruptionēue tollit. Hec autē ꝛ ipm̄ moueri: fieri qđdā vniuersis ꝛ corrūpi videtur. At qđ eni quippiā mutatur: id fit: aut in hoc. Ex quo vo mutatur in id corrūpitur: aut hinc. Quare ꝑspicuum ē reꝝ eē nōnullas que mouētur interdum atqz quiescunt.

¶ Et adhuc qz oppugnat manifestis dubitans. Neqz eni augmētū: neqz violentus erit motus: nisi mouebit̃ extra nām quiescēs prius. Generationē igit̃ remouet ꝛ corruptionē hec rō. Fere aūt ꝛ moueri fieri quiddā ꝛ corrūpi videt̃ oībus. In qđ quidē eni mutat̃ fit hoc: aut in hoc. Ex quo autē mutatur corrumpitur hoc: aut ab hinc. ¶ Quare manifestuz est ꝙ alia quidē mouentur: alia vo quiescunt aliquando. Te.c.5.

¶ Reprobat idē ꝑ h̃ ꝙ qui hāc dubitationē induceret repugnaret his q̃ sūt manifesta in nā. Prio eni tolleret̃ motus augmēti. Videmus eni motū augmēti esse in his que nō semꝑ augebant̃. Alioqn si semꝑ augerent̃ nō esset augmētū ad determinatā quātitatē: sed in infinitū. ¶ Secūdo tollit̃ motus localis violētus. Nō enim est motus violentus: nisi sit aliquid qđ extra nāz moueat̃: qđ ꝑus qeuerit ſm nām: cū motus violētus nō sit nisi recessus a qete nāli. Si g̃ nullū qescēs pōt moueri: sequet̃ ꝙ id qđ quiescit nāl̃r: nō possit postmodū ꝑ violētiā moueri. ¶ Tertio excludit̃ gnātio ꝛ corruptio ꝑ hāc pōnē. Hnō enim est mutatio de nō eē in eē: corruptio vo de esse in nō esse. Ad hoc ergo ꝙ aliqđ corrūpatur opz ꝙ prius fuerit ens ꝑ aliqđ tēpus: ꝛ ad hoc ꝙ generet̃ opz ꝙ prius fuerit nō ens ꝑ tēpus aliqđ. Quod aūt per tēpus aliqđ ens est vel nō ens qescit: vt large de qete loquamur. Si igit̃ nullū qescens pōt moueri: seqtur ꝙ nihil qđ nō ē per aliqđ tempus possit generari: ꝛ nihil quod est in aliquo tp̄e: possit corrūpi. ¶ Quarto aūt vlteri⁹ hec positio destruit vl̃r oēz motū: qz in oī motu est quedā generatio ꝛ corruptio vel simpliciter vel ſm qd. Quod enim in aliqđ mouet̃ sicut in terminū [generat̃ hoc.] Quātū ad motuz alterationis ꝛ augmēti. [Aut i hoc.] Quātū ad motū localē. Sicut qđ mouet̃ de nigro in albū: aut de paruo in magnū fit albū aut magnum. Quod aūt mouet̃ ad aliquez locū: fit existens in loco illo. Sed ex quo aliqđ mutatur sicut a termino a quo [corrūpitur hoc.] In motu alterationis ꝛ augmenti. vt nigrū aut paruū. [Aut ab hinc.] quātū ad motū localē. Quia ergo in oī motu est gnātio ꝛ corruptio: dum ꝑdicta positio tollit generationem ꝛ corruptionem: per ꝯsequēs tollit omnē motū. Quia ergo hec que dicta sūt: sunt impossibilia: manifestum fit ꝙ quedam mouent̃. non quidem semper. sed aliquando: ꝛ quedam quiescunt. non semper. sed aliquando. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oia aūt iterdū moueri: interdum quiescere cēsere: iam ad olim dictas rationes est adiungendum.

¶ Oia aūt velle aliqñ qescere: aliquādo aūt moueri: hoc iā copulandū ad antiquas rōnes.

¶ Ingrit de alijs duob⁹ mēbris ꝑmisse diuisionis. Et ꝑmo manifestat suā intentionē. Scđo exequit̃ ipsā. ibi [Mouētiū igit̃ ꝛ eoꝝ que mouent̃ ꝛc̃.] Circa ꝑmū tria facit. Primo ostēdit ad quā positionē pertineat quartū mēbrum. Scđo ea q̃ dicta sunt in isto capitulo recolit ibi [Principiū aūt iteꝝ faciēdū ꝛc̃.] Tertio ostēdit qd restat dicendum ibi [Reliquū aūt ꝯsiderandū ꝛc̃.] Dicit ergo ꝑmo. ꝙ ponere ꝙ omnia quandoqz quiescunt ꝛ quandoqz mouētur: hoc iam pertinet ad antiquas rationes quas tetigimus disputantes de motus sempiternitate. Hoc enim posuisse videtur precipue Empedo. ꝙ omnia quandoqz mouentur sub dominio amicitie ꝛ litis: ꝛ qñqz quiescant inter medijs temporibus. ¶ Secundo ibi.

¶ Principiū aūt idē rursus: qđ prius fecimus: post hec ē sumēdū: que modo determinauimus. Aut eniz vniuersa qescunt: aut vniuersa mouent̃: aut quedam qescunt: quedaz mouētur. Et si q̃dā eoꝝ que sūt qescūt: q̃dam mouētur: aut cūcta nūc quiescāt: nūc moueant̃: aut alia sꝑ qescāt: alia semꝑ moueantur: alia

iterdū moueātur: iterdū gescant necesse est.

℄ Principiū aūt iterū faciendū a nūc determinatis idē qd̄ qdē icepimus prius. ℄ Aut eniz oia gescūt: aut oia mouenẗ: aut hec qdē quiescunt: hec autē mouētur eorū q̄ sunt. Et si alia quidez quiescunt. alia ṽo mouentur eorum que sunt: necesse est aut omnia aliquando quidem quiescere: aut oia aliqñ moueri: aut quedaz semper quiescere: alia ṽo moueri ipsorum. T.c.26.

℄ Resumit ea q̄ dicta sūt i isto capitulo. Et p̄mo resumit ea q̄ dicta sūt in diuisione suprapposita. Scđo reprobatione p̄me partis q̄ ponit oia gescere semp ibi [Quod qdez igit nō possibile ꝛc.] Tertio reprobationē alioꝝ duorum mēbroꝝ ibi [Silr aūt ipose ꝛc.] Dicit ḡ p̄ ꝙ ad māifestādū magis itētionē sequētiū debemus icipere ab his q̄ nunc per determinauimus sumētes idē p̄n̄ qd̄ p̄us. s. ꝙ entia opꝫ ꝙ ꝙ se habeāt in aliqua haꝝ triū dispositionū scilꝫ ꝙ vel oia gescant: vel oia moueantur: vel ꝙ quedam quiescāt ꝛ quedā moueanẗ. Et h̄ tertiū iteꝝ in tria diuiditur: q2 si eoꝝ q̄ sūt: quedā gescūt ꝛ quedā mouenẗ: necesse est ꝙ vel oia sic se habeāt: ꝙ qñqꝫ quiescant ꝛ qñqꝫ moueātur: vel ꝙ quedā semp gescāt: quedā aūt semp moueanẗ: vel ꝙ cū his duobus apponaẗ tertiū mēbrū. s. ꝙ alia sint que quiescant aliquando ꝛ non semp: alys quandoqꝫ motis ꝛ non semper. ℄ Deinde cum dicit. Lec.5.a

℄ Impossē igiẗ eē cūcta gescere dictū qdē ꝛ prius ē: dicam⁹ aūt ꝛ nūc idipsuꝫ: atqꝫ ꝓbem⁹. Naꝫ ꝛ si vere res ita se hꝫ (vt qdā inqunt id qd̄ est: īfinitū eē atqꝫ imobile: nō tñ sensu sic eē videẗ: sed eoꝝ q̄ sūt complura moueẗ. Si igitur sit opinio falsa: vel oino opinio: ꝛ mot⁹ ēt ē. Et si imaginatio ēt sit: ꝛ si iterdū sit: de qbusdā: iterdū aliter videaẗ. Imaginatio enim ꝛ opinio: motus quidā eē videnẗ. Sꝫ de his quidē cōsiderare: ꝛ eorum querere rationē: que melius habemus: q̄ꝫ si rōnis indigeremus: hominis est profecto male id quod est melius ꝛ id quod est deterius: id qd̄ est credibile: ꝛ id quod non est credibile: principium deniqꝫ ꝛ non principium discernentis.

℄ Oꝫ qdē igiẗ nō posē sit oia gescere: dictum est prius. Dicem⁹ aūt ꝛ nūc. Si eni ₰m veritatē sic se habet: sicut qdā dicūt eē ꝙ est īfinitū ꝛ imobile: sꝫ nō qd̄ videẗ ₰ꝫ sensū: sꝫ mouenẗ multa eorū q̄ sūt. Siqdē igiẗ opinio ē falsa: aut oino opinio: ꝛ mot⁹ ē: ꝛ vtiqꝫ si phātasia: ꝛ si aliqñ qdē sic videaẗ: aliqñ aūt aliter. Phātasia qdē ꝛ opinio mot⁹ qdā eē videẗ. Sed de h̄ qdez itendere ꝛ querere rōnē quoꝝ digni⁹ habem⁹ q̄ꝫ rōne indigere: male iudicare est melius ꝛ peius: ꝛ credibile ꝛ nō credibile: ꝛ pricipiū ꝛ nō pricipium.

℄ Reprobat p̄mū mēbrū ꝛ dicit ꝙ supra dictū est ꝙ non sit posē oia gescere semp: sed ꝛ nunc etiā aliqd est addendū. Et duo dicit ꝯtra hāc positionē. Primo quidez ꝙ necesse est ponere aliquē motū saltē in aīa. Quia si aliqs velit dicere ꝙ ₰m veritatē sic se hꝫ ꝙ nihil moueẗ: sicut dixerūt sequētes Melissū q posuit ꝙ ens est īfinitū ꝛ immobile. Sed tñ nō videtur ita ₰m sensum: sed multa entiū mouenẗ vt sensus indicat. Si ḡ aliqs dicat ꝙ ista opinio est falsa q̄ opinamur quedā moueri: adhuc sequiẗ ꝙ motus sit. Quia si opinio falsa ē: motus est. Et vniuersaliter si opinio ē: motus est. Et similr si phātasia est: motus est. Et h̄ idō: q2 phantasia est qdā motus sensitiue partis factus a sensu ₰ꝫ actū. Opinio ēt qdā motus est rōnis ex aliquibus rōcinationibus ꝓcedens. Sed adhuc manifesti⁹ sequiẗ ꝙ motus sit in opinione vel phantasia: si aliquādo videaẗ nobis sic esse. aliquādo aliter: qd̄ ꝯtingit cū qñqꝫ videnẗ nobis aliq̄ gescere: qñqꝫ ṽo nō gescere. Sic ergo oino sequiẗ ꝙ motus sit. ℄ Scđo ꝯtra hanc opinionē dicit ꝙ apponere itentionē ad destruendū hāc opinionē: ꝛ querere rōnem ad ꝓbādū illas res quas debemus habere in maiori dignitate q̄ꝫ ꝙ rōne indigeāt: q2. s. habentur vt per se manifesta: hoc inq̄ꝫ facere nihil est aliud q̄ꝫ male iudicādo discernere iter melius ꝛ peius in moralibus: ꝛ inter credibile ꝛ incredibile in logicis: ꝛ inter p̄n̄ ꝛ nō p̄n̄ in demonstratiuis. Qui eni querit rōnē ad ꝓbandū ea que ꝑ se sunt manifesta: ꝛ sic habenẗ vt p̄ncipia: nō cognoscit ea esse p̄ncipia dū ea per alia p̄ncipia ꝓbare intēdit. Similiter videẗ ꝙ nō sciat cognoscere qd sit credibile ꝛ icredibile: q2 id qd̄ est ꝑ se credibile ꝑ aliud ꝓbare intēdit: ac si nō esset per se credibile. Nec ēt inter melius ꝛ peius posse discernere videẗ: qui magis manifesta ꝑ minus manifesta probat. Est aūt per se manifestū aliq̄ moueri. Non ergo ad hoc debet esse nostra intentio: vt hec probare rationibus nitamur. ℄ Tertio ibi.

℄ Silr aūt ē ipose: ꝛ oia moueri: aut alia moueri sp: alia gescē semp. Ad hec eni oia vna ē sufficiēs fides. Videm⁹ eni q̄dā iterdū moueri: iterdū gescere. Quare pꝫ ipossibile eē silr cūcta gescē: ꝛ oia cōtinue moueri: ac alia moueri semp: alia quiescere semper.

℄ Similiter aūt ꝛ ipose ē ꝛ oia moueri: aut alia qdē semp moueri: alia ṽo semp gescere. Ad oia eni hec sufficiēs ē vna fides. Videmus eni q̄dā aliqñ qdē gescere: aliquādo qdē moueri. Quare manifestuꝫ ē: ꝙ ipose sit silr oia quiescere: ꝛ omnia moueri continue: ex eo ꝙ alia quidem semp mouentur: alia ṽo quiescunt semp.

℄ Excludit alia duo mēbra p̄misse diuisionis: ꝛ dicit ꝙ sicut ipossibile est oia gescere semp: ita etiā impossibile est omnia moueri semper: aut etiam ꝙ alia semp moueanẗ ꝛ alia semp gescāt: ita ꝙ nihil sit qd̄ qñqꝫ moueaẗ ꝛ qñqꝫ gescat. Cōtra oia hec sufficit fidē facere ꝑ vnū mediū: q2 s. videmus ꝙ quedā qñqꝫ moueẗ ꝛ qñqꝫ iteꝝ gescūt. vñ manifestū ē ꝙ ipose ē dicere ꝙ oia ꝯtinue gescāt qd̄ erat p̄m̄ mēbrū: ꝛ ꝙ oia ꝯtinue moueanẗ. qd̄ erat 2m̄ mēbꝝ: vel ꝙ quedam semper moueantur ꝛ quedam semper gescāt: ꝛ nihil sit medium. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Restat igitur cōtemplandū eē: vtrū vniuersa talia sint: vt moueantur atqꝫ quiescant: an alia quidez talia sint: alia ṽo semp quiescant: ꝛ alia continue moueantur. Hoc eni iā a nobis est demonstrandum.

℄ Reliquū ḡ ꝯsiderandū ē: vtrū oia huiusmodi possibilia moueri ꝛ quiescere. Aut quedā qdē sic: aliqua ṽo semp quiescunt: aliqua ṽo semp mouētur. Hoc eni demōstrandū ē a nobis. T.co.27.

℄ Ostēdit quid restat dōm: ꝛ ꝯcludit ex premissis ꝙ cum tria mēbra p̄misse diuisionis stare nō possint: reliquiẗ cōsiderandum quod mēbrum alioꝝ duoꝝ sit verius: vtrū s. ꝙ oia sint possibilia moueri ꝛ gescere: aut q̄dā sint possibilia moueri ꝛ gescē: ita tñ ꝙ aliq̄ sint q̄ sp gescāt: ꝛ aliq̄ q̄ sp moueātur. Hoc eni vltimū ē qd̄ demōstrare itēdim⁹. Sic enim ostendeẗ p̄mū motum esse sempiternum: ꝛ p̄m̄ motorem esse imobilem. LEC. VII.

¶ Eoꝝ igiť q̃ mouēt ⁊ q̃ mouenť: alia ꝑ accñs: alia ꝑ se mouēt atq̃ȝ mouētur. Per accidēs q̄dē ea q̃ sūt in hisce q̃ mouēt aut mouenť: ⁊ q̃ ꝑ partē. Per se aūt ea que mouēt aut mouenť: nō ex eo q꞉ sūt in hisce q̃ mouent aut mouenť: neq̃ȝ rursus ex eo q꞉ pars aliq̄ sua mouet aut moueť. Eorum aūt que per se mouentur: quedaȝ a seipsis: quedaȝ ab alio motu cieť: atq̃ȝ alia nā: alia violentia ꝑterq̃ȝ nām mouentur.

Mouentiū igiť ⁊ eoꝝ que mouenť: alia quidē mouēt ⁊ mouenť ſm accidēs: alia aūt per seipsa. Scðm accñs quidem: vt quecūq̄ȝ in eo ꝙ sūt in mouētibus: aut in his que mouentur: ⁊ que sūt ſ3 ptē. Alia autem per seipsa quecūq̄ȝ non in eo ꝙ sint in mouente. aut in his que mouentur in eo ꝙ pars aliqua ipsorum mouet aut mouetur. Eorum autem que mouentur per se: alia quidem a seipso: alia ṽo ab alio. ⁊ alia quidem natura: alia ṽo violentia ⁊ extra naturam.

Postq̃ȝ Phs suā itētionē manifestauit: h̄ incipit ꝓsequi suā itētionē. s. nō oīa q̄n̄q̃ȝ moueri ⁊ q̄n̄q̃ȝ q̄escere: s3 aliq̄d eē oīno imobile: aliq̄d aūt qð semper moueť. Diuidiť aūt ista pars in duas. In p̄ma oñdit p̄mū mouēs eē imobile. In scða ostēdit p̄mū mobile semper moueri. ibi [At ṽo si aliqð ē.] Prima pars diuidiť in duas. In p̄ma oñdit p̄mū mouēs eē imobile ex ordie mouētiū ⁊ mobiliū. In scða ex sempiternitate mot⁹. ibi [Et iterū ꝯsiderās ⁊c.] Pria pars diuidiť in ptes duas. In p̊ ostēdit p̄mū mouēs eē imobile. In scða ostēdit ipm esse ꝑpetuū ibi [Quoniā aūt opȝ.] Circa p̄mū duo facit. Prio ostēdit quoddā qð est necessariū ad ꝓbationē sequentiū s. ꝙ omne qð moueť ab alio moueať. Scðo ostēdit ꝓpositū ibi [Hoc aūt dupľr.] Ostēderat siquidē supra in p̊n⁹ 7. oē qð moueť ab alio moueri rōne cōi accepta ex parte ipsius motus: sed q꞉ incepit applicare motū ad res mobiles: illud qð supra vniuersaliter est ostēsum. hic ostendit viř verificari in oībus mobilibus ⁊ mouētibus. Uñ p̄ma pars diuidiť in partes duas. In p̄ma ponit diuisionē mouētiū ⁊ mobiliū. In scða manifestat ꝓpositū in singulis ibi [Et maxie moueri.] Circa p̄mū duo facit. Primo diuidit mouētia ⁊ mobilia. Scðo manifestat positā diuisionem ibi [Oz. n. ipm a seipo.] Prio ğ ponit tres diuisiones mouētiū ⁊ mobiliū: q̄rū p̊ ē ꝙ mouētiū ⁊ mobiliū q̄daȝ mouēt seu mouenť ꝑ accñs: q̄dā aūt ꝑ se. Et accipit h̄ ꝑ accidēs large ſm ꝙ cōprehēdit sub se ēt qð ē ſm partē. Uñ exponēs qð dixerat [Per accñs] subdit ꝙ ꝑ accidēs moueri aut mouere diciť dupľr. Primo quidē dicunť mouere ꝑ accidēs quecūq̃ȝ mouere dicunť ex eo ꝙ insunt aliquibus mouētibus: sicut cū dř musicum sanare: q꞉ ei cui inest musicū sanat. Et sľr dicunť moueri ꝑ accidēs ex eo ꝙ insunt his q̃ mouenť. vel sicut locatū in loco: put dicimus holeȝ moueri q꞉ nauis moueť in qua ē: vel sicut accidēs in subiecto: put dicimus albū moueri: q꞉ corpus moueť. Alio mō dicunť aliq̄ mouere vel moueri: q꞉ mouēt aut mouenť ſm partē: sicut homo diciť ꝑcutere aut percuti: q꞉ manus ꝑcutiť aut percutit. Per se aūt dicunť moueri aut mouere per remotionē duoꝝ predictoꝝ: q꞉. s. nec dicunť mouere aut moueri ex eo ꝙ sint in aliq̄ que mouēt aut moueāť: neq̃ȝ ex eo ꝙ aliq̄ pars ipoꝝ moueat aut moueať. Omissis igiť his q̃ mouēt ⁊ moueť ꝑ accñs: subdiuidit ea q̃ mouenť ꝑ se. Prio quidē: q꞉ eoꝝ que mouēť per se: alia moueť a seipsis: sicut animalia: alia ṽo ab aliq̄s sicut inaīata. Tertiā diuisionē ponit quia alia mouentur ſm naturam: alia extra naturam. ¶ Secundo ibi.

¶ Id eni qð a seipso moueť: nā sane mouetur: vt aialiū vnūq̄dq̄ȝ. Aial enim a seipo motu cieť. Ea ṽo nā moueri dicim⁹: quoꝝ p̄ncipiū mot⁹ i ipsis iest. Quāobrē totū q̄dē aial nā seip3 mouet: corp⁹ tñ: ⁊ nā ⁊ ꝑternāȝ moueri pōt. Interest eni tali an tali moueať motu: ⁊ ex quo magis elemēto ꝯstet. Eoꝝ aūt q̃ mouētur ab alio: q̄dā nā: q̄daȝ ꝑternām mouētur. Preternām terra sursum: ignis deorsum. Partes insuꝑ animalium sepenumero preternaturam mouentur ob positiones motusq̃ȝ modos.

¶ Oz eni ipm a seipso; nā moueť: vt q̄libet aialiū: moueť eni aial a seipso. Quorūcūq̄ȝ aūt principiū motus in seipsis est: hoc nā dicim⁹ moueri. Uñ aial quidē totū nā ipm seipsum mouet. Corpus aūt ſm ꝙ est corpus: ꝯtingit ⁊ nā ⁊ extra nām moueri. Differt eni ſm qualē motuȝ qð moueť eueniat: ⁊ ex q̄li elemēto ꝯstet. Et eorū q̃ mouenť ab alio: alia q̄deȝ mouenť nā: alia ṽo extra naturā. Extra naturā q̄dē vt terra sursum. ⁊ ignis deorsum. Amplius autem partes animalium multotiens mouentur extra naturā iuxta positionem ⁊ modos motus.

¶ Manifestat q̄liter iueniať ſm nām ⁊ extra naturaȝ in his q̃ mouenť a seipsis ⁊ q̃ mouenť ab alio. Et p̊ dicit de his que mouenť a seipsis: sicut sūt aialia q̃ mouēt seipsa: ꝙ mouentur ſ3 nām. Quod ꝓbat ꝑ hoc ꝙ mouenť a p̊n⁹ itrinseco. Illa aūt dicim⁹ a natura moueri quoꝝ p̊n̄ motus in ipsis est. Uñ manifestū est ꝙ motus aialis quo mouet seipm: si cōpareť ad totū aial ē naturalis: q꞉ est ab aia q̃ est natura ⁊ forma aialis. Sed si cōpareť ad corpus: cōtingit huiꝰ motū ⁊ eē nālem ⁊ extra nām. Hoc eni ꝯsiderādū erit ſm diūam mot⁹ ⁊ elemēti ex quo ꝯstat aial. Si eni aial ꝯstat ex elemēto graui ꝑdominātī. sicut corp⁹ humanū: ⁊ moueať sursuȝ: erit motus violentus quantū ad corpus. Si ṽo moueať deorsuȝ erit motus corporis naturalis. Si aūt essent animalia aliq̄ corpore aerea: vt q̄daȝ Platonici posuerūt: de illis eēt ꝯ̄rio doȝ. Secūdo manifestat qualř iueniať motus violentus ⁊ naturalis in his q̃ mouentur ab alio. ⁊ dicit ꝙ hoꝝ quedā mouenť ſm nāȝ: vt ignis sursum: terra deorsum. quedam ṽo extra nām: vt terra sursum: ignis deorsum: qui est motus violētus. Tertio ponit alium modum inaturalis motus in aialibus: ſ3 s. ꝙ multotiens partes animalium mouenť extra nām si considerentur rōnes ⁊ modi naturalis motus in partib⁹ animaliū. sicut homo bracchia flectit ad anterius: tibias autem ad posterius: canes ṽo ⁊ equi ⁊ huiꝰ animalia anteriores pedes ad posterius: posteriores ṽo ad anterius. Si autem fiat motus in aialibus per contrarium erit motus violentus: ⁊ extra nām. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atq̃ȝ maxie q̄dē ꝑspiciť id qð moueť ab aliquo motu cieri i hisce q̃ ꝑternāȝ moueť: ꝓpterea qð ab alio moueri pȝ. Postea ṽo q̃ ꝑternāȝ moueť. ꝑspiciť i hisce q̃ nā q̄dē moueť: a se āt ipsis motu cietur. In aialib⁹ inq̄ȝ. Nō ē eni obscuꝝ si aial ab aliquo moueať: sed quonaȝ pacto distinguere opȝ id qð mouet ipi⁹: ⁊ id quod mouetur. Nā vt in nauigijs: ⁊ in hisce que non natura constant: sic ⁊ in aialibus quod mouet ⁊ quod mouetur diuisum esse videtur: atq̃ȝ hoc pacto totum ipsum animal seipsum motu ciere.

Tex. 1.6 com. 2

Moue[illegible] ri a na[illegible] ra; quid.

3. de hi[illegible] stoij ani[illegible] liuȝ ca[illegible] p[illegible].

tex.4. ¶ Et maxime moueri a quodam quod mouetur in his que extra naturam mouentur est manifestum: propter id quod manifestum est ab alio moueri. Postea autem que sunt extra naturam. Eorum autem que sunt secundum naturam ipsa a seipsis vt animalia. Hoc enim non immanifestum est si ab aliquo mouetur: sed quomodo oportet accipere ipsum mouens et quod mouetur. Videtur enim quod ibi sit accipiendum sicut in nauibus et non natura subsistentibus: sic et in animalibus esse diuisum mouens: et quod mouetur: et sic omne ipsum seipsum mouet.

¶ Probat omne quod mouetur ab alio moueri. Et primo ostendit in quibus sit manifestum. Secundo ostendit de his in quibus est dubium ibi [Maxime autem dubitatur etc.] Relictis autem his que mouentur per accidens: quia ipsa non mouentur: sed dicuntur moueri ex eo quod quedam alia mouentur. Inter ea que per se mouentur: maxime in his que mouentur per violentiam et extra naturam: manifestum est quod id quod mouetur: ab alio mouetur. Manifestum est enim quod ea que per violentiam mouentur ab alio mouentur ex ipsa violenti diffinitione. Est enim violentum. vt dicitur in tertio Ethi. cuius principium est extra nil conferente vim passo. Post ista vero que mouentur per violentiam manifestum est quod id quod mouetur: ab alio mouetur: in his que mouentur secundum naturam a seipsis: sicut animalia dicuntur seipsa mouere. In his enim manifestum est quod aliquid ab alio mouetur. Sed dubium potest esse quomodo oporteat accipere in ipsis mouens: et quod mouetur. Quantum enim ex primo aspectu apparet et secundum quod multis videtur: sicut in nauibus et in alijs artificialibus que non sunt secundum naturam: diuersum est quod mouet: ab eo quod mouetur: sic et in animalibus. Videtur enim quod hoc modo se habeat anima que mouet: ad corpus quod mouetur: sicut nauta ad nauim: vt dicitur in secundo de anima. Et per hunc modum videtur quod totum animal seipsum moueat inquantum vna pars eius aliam mouet. Utrum autem se habeat anima ad corpus sicut nauta ad nauim in libro de anima inquirendum relinquitur. Quod autem sic aliquid dicatur seipsum mouere inquantum vna pars eius mouet et alia mouetur. in sequentibus ostendetur. ¶ Secundo ibi.

¶ Maxime vero dubitatur reliquum dicte diuisionis vltimo membrum. Eorum enim que motu cientur ab alio: quedam preter naturam moueri diximus: quedam natura moueri. Hec autem sunt que dubitationem afferunt: a quo nam mouentur: ceu leuia grauiaque. Hec enim ad opposita quidem loca vi pulsa mouentur. Ad propria vero leuia quidem ad supera: grauia vero ad infera suapte natura feruntur. A quo nam autem mouentur.

¶ Maxime autem dubitatur reliquum dicte vltime diuisionis. Eorum enim que ab alio mouentur: hec quidem extra naturam possumus moueri: alia autem relinquuntur contra poni: quia natura. Hec autem sunt que dubitationem afferunt: a quo mouentur: vt leuia et grauia. Hec enim in oppositos locos violentia mouentur. ¶ In proprios autem leue quidem sursum. graue autem deorsum natura. A quo autem non adhuc manifestum: sicut cum moueantur extra naturam.

¶ Manifestat propositum in his in quibus est magis dubium. Et circa hoc facit tria. Primo ponit in quibus sit magis dubium omne quod mouetur ab alio moueri. quia scilicet in grauibus et leuibus cum secundum naturam mouentur. Secundo ostendit quod huiusmodi non mouent seipsa ibi [Et namque ipsa a seipsis etc.] Tertio ostendit a quo moueantur ibi [Sed accidit et hoc.] Dicit ergo primo: quod ex quo maxime manifestum est. quod mouetur ab alio moueri in his que mouentur per violentiam: et post hec in his que mouent seipsa: maxime videtur dubium in residuo membro vltime diuisionis: scilicet in his que non mouent seipsa et tamen mouentur naturaliter. Ultimam autem diuisionem dicit istam scilicet quod eorum que mouentur non a seipso sed ab alio: quedam mouentur extra naturam: quedam vero contra naturam mouentur secundum naturam: et in istis dubium est a quo moueantur: sicut sunt grauia et leuia: que quidem in contraria loca mouentur per violentiam: sed in propria secundum naturam: leue scilicet sursum: graue vero deorsum. Sed a quo moueantur non est manifestum cum mouentur secundum naturam: sicut est manifestum cum mouentur extra naturam. ¶ Secundo ibi.

¶ Nam impossibile est a seipsis ipsa moueri. Est enim hoc officium vite: ac animantium proprium.

¶ Et namque ipsa a seipsis dicere impossibile est. Vitale enim hoc et animatorum est proprium.

¶ Probat quod huiusmodi non mouent seipsa quatuor rationibus. Quarum prima est quod mouere seipsum pertinet ad rationem vite: et est proprie animatorum. Motu enim et sensu discernimus animatum ab inanimato: vt dicitur in primo de anima. Manifestum est autem hec non esse viua: seu animata. Non ergo mouent seipsa. Secunda ratio ponitur ibi. Tex.3. in pri°.

¶ Consistere etiam a seipsis possent. Nam si quippiam sibi causa sit ambulandi: est etiam causa sibi non ambulandi.

¶ Et facere stare posse ipsa secundum seipsa. Dico autem velut si ambulandi causa inest ipsi et non ambulandi.

¶ Que talis est. Quecunque mouent seipsa possunt etiam sibi esse causa quietis: sicut videmus quod animalia per suum appetitum mouentur et stant. Si ergo grauia et leuia mouerent seipsa motu naturali possent facere stare seipsa: sicut si aliquis est sibi causa ambulandi: est etiam sibi causa non ambulandi. Hoc autem videmus esse falsum: quia huiusmodi non quiescunt extra propria loca: nisi propter aliquam causam extrinsecam prohibentem motum ipsorum. ergo non mouent seipsa. ¶ Sed quia posset aliquis dicere quod huiusmodi et si non sint sibi causa standi extra propria loca: sunt tamen sibi causa standi in proprijs locis. Subiungit tertiam rationem ibi.

¶ Quare si collocatum esset in igne moueri sursum: esset in ipso situm deorsum etiam ferri. Metas quoque rationis egreditur: et vno motu duntaxat a seipsis moueri: si ipsa seipsa moueant.

¶ Quare si in ipso est sursum ferri igni: manifestum est quod in ipso et deorsum. Irrationabile autem est secundum vnum motum moueri solum hoc a seipsis. Siquidem seipsa mouent ipsa.

¶ Que talis est. Irrationabile est dicere quod illa que mouent seipsa moueantur solum a seipsis secundum vnum motum: et non pluribus motibus: quia quod mouet seipsum non habet motum determinatum ab alio. sed ipsum sibi determinat motum: et quandoque determinat sibi hunc motum: et quandoque alium. Unde est in potestate eius quod mouet seipsum quod determinet sibi hunc vel illum motum. Si ergo grauia et leuia mouerent seipsa: sequeretur quod si in potestate ignis esset quod moueretur sursum: quod in potestate eius esset quod moueretur deorsum. Quod nunquam videmus accidere: nisi ex causa extrinseca. Non igitur mouent seipsa. Est autem sciendum quod iste due rationes sunt probabiles secundum ea que apparent de mouentibus seipsa que sunt apud nos: que quandoque inueniuntur moueri hoc motu: quandoque alio: quandoque etiam quiescere. Unde non dixit impossibile est. sed [irrationabile] que modus loquendi in probabilibus vti consueuit. Uidetur enim inferius quod si aliquid est mouens seipsum in quo mouens est omnino immobile: quod illud semper mouetur et vno motu: sed tamen hoc non posset dici in grauibus et leuibus in quibus non est aliquid quod non moueatur per se vel per accidens: cum etiam generentur et corrumpantur. ¶ Quartam rationem ponit ibi.

¶ Preterea qui fieri potest vt continuum quid copulatiue seipsum moueat. Nam quo quippiam vnum atque continuum est: non tactu: hoc passionis est expers. Quo vero separatum est: eo nimirum aliud agere: aliud pati est aptum. Neque ergo quicquam ipsorum seipsum mouet: quippe cum copulatum sit: neque aliud continuum vllum: sed in vnoquoque diuisum sit. quod mouet et quod mouetur necesse est. Quod intueri licet in expertibus anime: cum quippiam animantium ipsa mouet.

T.cō.30. ¶ Amplius quō ꝯtingit ꝯtinuū aliqd̄ ⁊ ipm̄ seipsū mouere. Scḋm.n. ꝙ vnū ⁊ ꝯtinuū nō tactu sm̄ hoc impossibile est. Sz sz ꝙ diuidit̄: sic hoc qdē aptū natū facere: illud vo pati. Neqȝ ergo nullū horū ipm̄ seipm̄ mouet. Cōsita.n. sunt: neqȝ aliud ꝯtinuū nullū. Sed necesse est diuidi mouēs in vnoquoqȝ ad id qd̄ mouet̄: sicut in inanimatis videmus: cū moueat aliqd̄ animatoꝝ ipsa.

¶ Que talis ē. Nullū ꝯtinuū mouet seipsū. grauia aūt ⁊ leuia sūt ꝯtinua: ḡ nihil hoꝝ mouet seipsū. Ꝙ aūt nullū ꝯtinuū seipm̄ moueat: sic ꝓbat. Quia mouēs ad motū se hz sicut agēs ad patiēs. cū aūt agēs sit ꝯ̄rīū patiēti: necē ē ꝙ diuidat̄ id qd̄ ē aptum natū agere ab eo qd̄ est aptū natum pati. sm̄ ḡ ꝙ aliq̄ sūt nō ꝯtacta adinuicē: sz sūt oīno vnū ⁊ ꝯtinuū ⁊ q̄ntitate ⁊ forma: sm̄ hoc nō pnt pati abinuicē. Sic ḡ seq̄tur ꝙ nullum cōtinuū moueat seipm̄. Sz necē ē ꝙ mouēs diuidat̄ ab eo qd̄ mouet̄: sicut apparet cū res inaiate mouent̄ ab aiatis: vt lapis a manu. Vñ ⁊ in aialibus que mouēt seipsa est magis q̄dā colligatio ptiū q̄ pfecta ꝯtinuatio: sic enim vna pars pōt moueri ab alia: qd̄ non inuenit̄ in grauibus ⁊ leuibus. LEC. VIII.

¶ Verꝝ sit vt hec ēt semp ab aliquo moueant̄. Quod qdem patebit: si cās diuidamus. Atqȝ licet ⁊ i mouētibus ea q̄ dicta sūt sumere. Alia nāqȝ p̄ternām motiua sūt: vt est vectis motiuus ponderis nō nā. Alia sūt motiua nā: vt calidū actu: motiuū ē eius qd̄ est potētia calidū. Silr̄ ⁊ i huiuscemodi ceteris. Mobile ēt id est nā: qd̄ ē potētia q̄le: vel q̄ntū: vel vbi: cū in seipso tale p̄ncipium: ⁊ p accn̄s habet.

T.cō.31. Sed accidit ⁊ hec ab aliquo semp moueri: fiet aūt vtiqȝ manifestū diuidētibus causas. Est aūt ⁊ in mouētibus accipe q̄ dicta sūt. Alia qdē eni extra nāȝ ipsoꝝ motiua sunt: vt vectis nō nā grauis motiuus est. Alia vo nā: vt actu calidū motiuū ē potētia calidi. Silr̄ aūt ⁊ i alijs huiusmodi ē. Et mobile aūt silr̄ nā ꝙ potētia q̄le: aut q̄ntū: aut vbi ē: cū hēat principium huiusmodi in seipso: ⁊ nō sm̄ accidens.

Postq̄ ostēdit ꝙ grauia ⁊ leuia nō mouēt seipsa: hic ōndit a quo moueant̄. Et p̄ ostēdit a q̄ moueant̄. 2° ꝯcludit p̄ncipale itētū ibi [Si igit̄ oīa q̄ mouētur ⁊c.] Circa p̄mū duo facit. P̄rio ōndit ꝙ nālr̄ mouēt̄ ab aliq̄. Scḋo inq̄rit a q̄ mouēt̄ ibi [Qm̄ āt ꝙ potētia ⁊c.] Dicit ḡ p̄ ꝙ ⁊ si grauia ⁊ leuia nō moueāt seipsa. tn̄ mouētur ab aliquo. Et hoc pōt manifestari si distiguant̄ cāe mouētes. Sicut eni i his q̄ mouent̄ ē accipe q̄dā sz nāȝ moueri: ⁊ q̄dā ex̄ nāȝ: ita ⁊ i mouētibus q̄dā mouēt ex̄ nām [vt vectis] .i. baculus nō nālr̄ motiuus corporis grauis puta lapidis: q̄dā vo mouēt sz nāȝ: sicut qd̄ ē actu calidū nālr̄ mouet id qd̄ sz suā nām ē potētia calidū: ⁊ silr̄ ē i alijs talibus. Et sic qd̄ ē i actu nālr̄ mouet: ita id qd̄ ē i potētia nāliter mouet̄: vel sm̄ q̄litatē: vel sz q̄ntitatē: vel sz vbi. Et

L.ce.t.1. com.3. q̄a i 2° dixerat ꝙ illa mouēt̄ nālr̄ quoꝝ p̄n̄m motus i ipsis ē p se ⁊ nō sz accn̄s: ex quo posset videri ꝙ id qd̄ ē i potentia tn̄ calidū cū sit calidū nō mouet̄ nālr̄: tn̄ q̄ p̄n̄ actiuo motus exteri⁹ existēte: q̄si ad hāc obiectionē excludēdā subiūgit [Cū habeat p̄n̄m huius i seipso: ⁊ nō sm̄ accn̄s.] Quasi dicat. ꝙ ad hoc ꝙ motus sit nālis sufficit ꝙ huius p̄n̄m. s. potētia de q̄ fecerat mētionē: sit in eo qd̄ mouet̄ p se ⁊ nō p accn̄s: sicut scamnū est potētia cōbustibile: nō inq̄ntū est scamnū: sed inq̄ntum est lignū. Vnde hoc qd̄ dixerat [Et non sm̄ accidens.] exponens subdit.

¶ Erit enim idē ⁊ quātū: ⁊ quale: sed accidit alterum alteri: ⁊ non per se cōpetit. Ignis igit̄ atqȝ terra mouent̄ ab aliquo: vi qdem: cū p̄ter nām: natura vo: cū sub potentia suos ad actus mouentur.

¶ Erit.n. idē ⁊ quātū ⁊ quale: sed alteri alterꝝ accidit: ⁊ nō sm̄ se existit. Ignis itaqȝ ⁊ terra mouentur ab alio: violentia quidem cū extra naturā: nā autē cum in ipsoꝝ actus potentia entia.

¶ Et dicit ꝙ ꝯtingit idē subm̄ eē ⁊ q̄ntū ⁊ q̄le: sz vnū eoꝝ p accn̄s se hz ad aliud ⁊ nō p se. Qd̄ ḡ ē potētia q̄le: ē ēt potētia q̄ntū: sed p accn̄s. Quia igit̄ qd̄ ē in potētia: nālr̄ mouet̄ ab alio qd̄ ē i actu: nihil aūt sm̄ idē ē potētia ⁊ actu: sequit̄ ꝙ neqȝ ignis neqȝ terra neqȝ aliqd̄ aliud moueat̄ a se sed ab alio. Mouent̄ quidē ignis ⁊ terra ab alio: sed p violētiā: cū motus eoꝝ est extra nālē ipsoꝝ potētiā. Sed nālr̄ mouent̄ cū mouent̄ in actus ꝓprios ad quos sunt in potentia sm̄ suā naturam. ¶ Scḋo ibi.

¶ Quoniam aūt esse potentia multipliciter dicitur: hec est sane cā vt nō sit ꝑspicuum a quo naȝ talia moueant̄: vt ignis sursum: ⁊ terra deorsum.

¶ Quoniaȝ aūt ꝙ potētia multiplr̄ dr̄: hec cā est non esse manifestuȝ a quo huiusmodi mouent̄: vt ignis sursum: terra vo deorsum. L.c.34.

¶ Ōndit a q̄ moueant̄: ⁊ q̄ qd̄ ē i potētia mouet̄ ab eo qd̄ ē in actu. p̄ distiguit potētiā. Scḋo ex hoc ostendit a q̄ huiusmodi moueant̄ ibi [Potētia aūt ē leue.] Circa p̄mū tria facit. P̄rio ōndit necāriū eē cognoscere quot modis aliqd̄ dr̄ eē i potētia. 2° manifestat ibi [Est āt potētia.] Tertio soluit ex hoc q̄dā q̄ōnē. ibi [Et tn̄ querit̄.] Dicit ḡ p̄mo ꝙ ideo non est manifestū a quo grauia ⁊ leuia mouent̄ suis motibus naturalibus: vtputa ignis sursum: ⁊ terra deorsum: q̄ ens in potentia dr̄ multipliciter. ¶ Secūdo ibi.

¶ Diuerso aūt modo potētia sciens est: qui discit: ⁊ q iā scientiā habet ⁊ nō cōtēplat̄. Cū aūt actiuū: atqȝ passiuū sint simul: euadit iterdū id qd̄ ē potētia actu tale: vt id qd̄ discit: ⁊ ex eo qd̄ ē potētia fit aliud potētia rursus. Qui nāqȝ sciam hz: ⁊ nō cōtēplat̄ est potētia quodāmodo sciens: sed nō vt erat antea q̄ didicisset. At cū ita sese hz: nisi qd ꝓhibeat: opatur ac cōtēplat̄: vel in ꝯ̄dictione ignorationeqȝ erit.

¶ Est aūt potētia alr̄ addiscēs sciēs: ⁊ hn̄s iā sciētiā ⁊ nō ꝯsiderās. Semp aut cuȝ silr̄ actiuū ⁊ passiuū sūt: fit aliqn̄ actu qd̄ in potētia: vt addiscēs ex potētia ente alterꝝ fit potētia. Habēs eni sciam nō ꝯsiderans aūt: potentia est sciens quodāmodo. sed non sicut ⁊ ante addiscere. Cū aūt sic habeat: si aliquid nō ꝓhibeat operatur cōsiderat: aut erit in cōtradictione ⁊ ignorantia.

¶ Distiguit eē i potētia. Et p̄ i itellectu. Scḋo i q̄litate ibi [Silr̄ aūt hoc se hnt.] Tertio i motu locali ibi [Silr̄ aūt se hnt.] Dic̄ ḡ p̄: ꝙ aliter ē i potētia ad sciētiaȝ ille q addiscit ⁊ nōdū hēt habitū scientie: ⁊ ille q iā hz habitū scie: sz nō ꝯsiderat vtēs habitu. Ex p̄° aūt potētia in sciam reducit̄ aliqd: cū actiuū suo passiuo ꝯiūgit̄. ⁊ tūc passiuū p p̄ntiā actiui fit i tali actu q adhuc ē in po°. Sic addiscēs p actionē docētis reducit̄ d: potētia in actū cui actui ꝯiūgit̄ altera potētia. Et sic exīs i potētia p̄a: fit i alia po°. q̄ iā hēs sciētiā ⁊ nō ꝯsiderās: quodāmō ē in po° ad actū scie: sed nō eodē mō sicut anteq̄ addisceret. ḡ de potētia p̄ma reducit̄

reducit in actũ:cui adiũgit ſcḋa potẽtia per aliqḋ agẽs.ſ. per docẽtẽ. Sʒ qñ ſic ſe hʒ ꝙ hʒ hitũ ſciẽ nõ opʒ ꝙ reducat in 2ᵐ actũ ꝑ aliqḋ agẽs:ſʒ ſtatĩ ꝑ ſeipſuʒ opat̃ ꝯſiderãdo:niſi ſit aliqḋ ꝓhibẽs.puta occupatio vel ĩfirmitas aut volũtas.Uel ſi nõ ĩpediꝰ nõ poſſet ꝯſiderare:tũc nõ eẽt in habitu ſciẽ:ſʒ in eius ꝯ̃rio.ſ.in ignorãtia. ℭ Scḋo ibi.

ℭ Simili mõ ſeſe hñt hec:ꝛ in ipſis nãlibꝰ rebꝰ. Frigidũ eni eſt potẽtia calidũ. Cũ aũt ẽ mutatũ:iã ẽ ignis: atqʒ cõburit:niſi quid prohibeat atqʒ impediat.

ℭ Similr aũt hec ſe habẽt ꝛ in phyſicis. Frigidũ.n.potẽtia eſt calidũ.cũ aũt fuerit mutatũ:iaʒ ignis ẽ. Ardet aũt niſi aliqḋ ꝓhibeat ꝛ ĩpediat.

ℭ Mãifeſtat idẽ in q̃litatibꝰ.ꝛ dic̃ ꝙ ſic̃ dcm̃ ẽ de potẽtia ad ſciẽdũ in aĩa:ita eſt ẽt in corpibꝰ nãlibꝰ. Corpus enim cũ eſt actu frigidũ eſt potẽtia calidũ:ſicut ignorãs eſt potẽtia ſciẽs. Sed cũ fuerit ꝓductũ per trãſmutationẽ vt habeat formã ignis tũc iã ẽ ignis in actu habẽs virtutem opandi:ꝛ opat̃ ſtatiʒ cõburẽdo niſi aliqḋ ꝓhibeat in cõtrariũ agẽdo:vel q̃litercũqʒ aliter ĩpediat:puta ſubtrahẽdo cõbuſtibile. Sic̃ dcm̃ ẽ ꝙ poſtq̃ aliqs addiſcẽdo factꝰ eſt ſciens:ſtatim ꝯſiderat niſi aliqḋ impediat. ℭ 3ᵒ ibi.

ℭ Similiter res ſeſe hʒ ꝛ circa graue ꝛ leue. Ex graui nãqʒ fit ipm leue:vt aer ex aq̃. Hoc eni erat p̃mo potẽtia:ꝛ iã eſt leue. Atqʒ ꝯtinuo opabit̃:ſi nõ aliquid obſtet. Actus aũt leuis eſt alicubi eẽ:atqʒ in ſupero loco. Prohibetur v̓o cuʒ eſt in loco cõtrario. Et hoc ſimiliter ſeſe habet:ꝛ in quanto:ꝛ quali.

ℭ Silr autẽ ſe hʒ ꝛ circa graue ꝛ leue. Leue.n. fit ex graui.vt ex aq̃ aer.hic.n.potẽtia p̃mũ. Et iã leue opabit̃ mox niſi aliqḋ ꝓhibeat. Actꝰ aũt leuis ẽ alicubi eẽ ꝛ ſurſuʒ. Prohibet̃ aũt cũ in cõtrario loco ſit. Silr ꝛ hoc ſe hʒ ĩ quãto ꝛ q̃li.

ℭ Manifeſtat idẽ in motu grauiũ ꝛ leuiũ ꝛ dic̃ ꝙ ſilr leue fit ex graui ſicut ex frigido calidũ:vtputa cũ aer qui ẽ leuis fit ex aq̃ q̃ eſt grauis. Hec ḡ.ſ.aq̃ p̃ eſt in potẽtia leuis.ꝛ poſtmodũ fit leuis in actu:ꝛ tũc ſtatĩ hʒ opationem ſuã niſi aliqḋ ꝓhibeat. Sed iã leuis exiſtens cõparat̃ ad aliqḋ ſic̃ potẽtia ad actũ. Actꝰ.n.leuis ĩquãtũ huiꝰ ẽ eẽ in aliq̃ loco determiato.i.ſurſuʒ. Sʒ ꝓhibet̃ ne ſit ſurſuʒ per hoc ꝙ ẽ in ꝯ̃rio loco.ſ.deorſuʒ.q2 nõ põt eẽ ſimul in duobus locis. Uñ illud qḋ detinet leue deorſuʒ ꝓhibet ipſuʒ eſſe ſurſuʒ. Et ſic̃ dictũ eſt in motu locali:ita ẽt dicẽduʒ ẽ de motu ſm quãtitatẽ vel q̃litatẽ. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Querit̃ igit̃ ꝑꝑ qḋ leuia grauiaqʒ ad ſua loca mouent̃. Eſt aũt cã ipa apta eẽ aliquo moueri:atqʒ hoc eſt ipſiꝰ grauis leuiſqʒ eẽ ĩfero loco:ſupoqʒ diſtinctũ.

ℭ Et tñ querit̃ hic quare in ipſorũ loca mouent̃ grauia ꝛ leuia. Cã autẽ eſt.q2 apta nata ſunt ꝛ hoc eſt graui ꝛ leui eſſe:hoc qdẽ eo ꝙ ſurſuʒ:illud autem eo ꝙ deorſum determinatum.

ℭ Soluit quãdã q̃õnẽ ſm p̃miſſa. Lʒ enim actus leuis ſit eſſe ſurſum:tñ a qbuſdã q̃rit̃ q̃re grauia ꝛ leuia mouẽtur in ꝓpria loca. Sed cã huiꝰ eſt.q2 habẽt naturalẽ aptitudinẽ ad talia loca. Hoc.n.eſt eẽ leui hẽe aptitudinẽ ad h̃ ꝙ ſit ſurſuʒ. Et hec eſt ẽt rõ grauis hẽe aptitudinẽ ad hoc ꝙ ſit deorſum. Uñ nihil eſt aliud q̃rere q̃re grauꝰ mouet̃ deorſuʒ:q̃ q̃rere q̃re ẽ graue. Et ſic illud idẽ qḋ fac̃ ipſuʒ graue:facit ipſum moueri deorſum. ℭ Deinde cuʒ dicit.

ℭ Leue v̓o graueqʒ potẽtia:pluribꝰ eſt modis vt dixĩmꝰ. Nã cũ eſt aq̃:leue potẽtia quodãmõ eſt:ꝛ cũ ẽ aer adhuc potẽtia ẽ. Fieri.n.põt vt ob ĩpedimẽtum nõ ſit ſupo in loco. Sʒ ſi id qḋ ĩpedit fuerit ſublatũ: opat̃:ſempq3 ſupius ſit. Silr ꝛ q̃le ipm ab actu tale mutat̃. Cõtinuo nãqʒ cõtẽplat̃ ꝛ hiſce q ſciaʒ hʒ:niſi quid obſtet. Et ipʒ ẽt quãtũ extẽdit̃ ſi nihil ſit qḋ impediat. Qui v̓o id qḋ ſuſtinet ꝓhibetqʒ:dimouit:partiʒ mouet:ptiʒ nõ mouet. Ut qui colũnã diuellit:aut ab vtre qui eſt in aqua lapidẽ p̃mẽtẽ dimouit:per accidẽs eni mouet. Quẽadmodũ ꝛ pila reflexa:nõ a pariete ſed ab eo qui ꝓiecit eſt mota. Nihil igit̃ hoꝝ vt patuit ſeipſum mouet:ſed motus quidẽ habet principium:non mouendi tamẽ:atqʒ agendi:ſed patiendi.

ℭ Potẽtia aũt ẽ leue ꝛ graue multiplr:ſicut dictum ẽ. Cũqʒ.n.ſit aq̃:potẽtia quodãmõ ẽ leue. Et cũ aer:eſt adhuc in potẽtia. Cõtingit.n.ĩpeditũ nõ ſurſuʒ eẽ. Sʒ ſi auferat̃ ĩpedimentũ agit ꝛ ſemꝑ ſurſuʒ ſit. Silr aũt ꝛ q̃le ad actũ eẽ imutat. Mox.n.ꝯſiderat ſciẽs:niſi aliqḋ prohibeat. Suſtinẽs aũt ꝛ ꝓhibẽs:mouẽs eſt:ſicut mouet:eſt aũt ſicut nõ:vt eſt colũnas diuellẽs:aut lapidẽ remouẽs aut a vaſe aquã. Scḋm accñs eni mouet:ſic̃ repcuſſa ſpera:nõ a pariete mota eſt:ſed a ꝓijciẽte. Qḋ qdẽ igit̃ nihil hoꝝ ipſum mouet ſeipſuʒ manifeſtũ eſt:ſed motus habẽt principiũ:nõ mouẽdi neqʒ faciendi:ſʒ patiẽdi.

ℭ Ex p̃miſſis oſtẽdit qḋ moueat grauia ꝛ leuia.ꝛ dic̃ ꝙ cũ id qḋ eſt in potẽtia moueat̃ ab eo qḋ eſt in actu:ſic̃ dcm̃ ẽ:cõſiderãdũ eſt ꝙ multiplr dr̃ aliqḋ eẽ in potẽtia leue vl̃ graue. Uno.n.mõ cũ adhuc eſt aq̃ eſt in potẽtia ad leue. Alio aũt mõ cũ iã ex aqua factus eſt aer.eſt tñ adhuc in potẽtia ad actũ leuis qḋ ẽ eẽ ſurſuʒ:ſic̃ habẽs habitũ ſciẽtie ꝛ nõ ꝯſiderãs adhuc dr̃ eẽ in potẽtia. Cõtingit.n.ꝙ id qḋ eſt leue ĩpediat̃ ne ſit ſurſuʒ. Si ḡ auferat̃ illud ĩpedimẽtũ ſtatĩ agit ad h̃ ꝙ ſit ſurſuʒ aſcẽdẽdo. Sicut ẽt dcm̃ eſt in q̃litate:ꝙ qñ eſt q̃le in actu ſtatĩ tẽdit ĩ ſuã actionẽ. Sicut ille qui eſt ſciẽs ſtatiʒ ꝯſiderat niſi aliqḋ ꝓhibeat. ꝛ ſilr in motu quãtitatis.q2 ex quo facta eſt addicio quãti ad quãtũ ſtatĩ ſequit̃ extẽſio in corpore augmẽtabili niſi aliqḋ ꝓhibeat. Sic ḡ pʒ ꝙ illḋ qḋ mouet.i.remouet h̃ qḋ eſt ꝓhibẽs[ꝛ ſuſtinẽs].i.detinẽs:quodãmõ mouet ꝛ quodãmõ nõ mouet. Puta ſi colũna ſuſtineat aliqḋ graue ꝛ ſic ĩpediat ipſuʒ deſcẽdere:ille q diuellit colũnaʒ:quodãmodo dr̃ mouere graue colũne ſuppoſitũ. Et ſilr ille qui remouet lapidẽ q ĩpedit aquaʒ effluere a vaſe dr̃ quodãmodo mouere aquã. Dr̃.n.mouere per accñs ꝛ nõ per ſe. ſicut ſi ſpera.i.pila repcutiat̃ a pariete:per accñs qdẽ mota eſt a pariete:nõ aũt per ſe:ſʒ a p̃mo ꝓijciẽte. Paries.n. nõ dedit ei aliquẽ ĩpetũ ad motũ ſed ꝓijciẽs. Per accñs aũt fuit ꝙ dũ a piete ĩpediret̃ ne ſm ĩpetũ ferret̃ eodeʒ impetu manẽte in ꝯ̃riũ motũ reſiliuit. Et ſilr ille q diuellit colũnã nõ dat graui ſuppoſito ĩpetũ vel ĩclinationem ad hoc ꝙ ſit deorſum. Hoc.n.habuit a p̃mo generãte qḋ dedit ei formã quã ſequit̃ talis inclinatio. Sic igit̃ generãs eſt per ſe mouẽs grauia ꝛ leuia:remouẽs aũt ꝓhibẽs per accidẽs. Cõcludit igit̃ manifeſtũ eẽ ex dictis ꝙ nihil hoꝝ.ſ.grauiũ ꝛ leuiũ mouet ſeipſuʒ:ſed tñ motus eoꝝ eſt nãlis.q2 hñt p̃cipiũ motꝰ in ſeipſis:nõ qdẽ p̃cipiũ motiuũ aut actiuũ.ſed principium paſſiuũ:qḋ eſt potẽtia ad talẽ actũ. Ex quo pʒ cõtra intentionem phi eſſe ꝙ in mã ſit p̃cipiũ actiuũ.qḋ qdã dicũt eſſe neceſſariũ ad hoc ꝙ ſit motus naturalis. Sufficit.n.ad hoc paſſiuũ p̃cipium qḋ eſt potentia naturalis ad actum. ℭ Deinde cũ dicit.

¶ Quod si omnia que mouenť: aut nã: aut p̄ternãm: ꝛ violēti a motu cientur: ꝛ ea que vi preterq̄ naturã mouenť ab aliquo cũcta: atq̄ ab alio mouenť: vt pꝫ: ꝛ ea rursus que nã mouenť ab aliquo motu cientur: siue a seipsis moueanť: vt animalia: siue nõ a seipsis: vt leuia grauiaq̄: naꝫ aut ab eo mouenť qđ generauit ac leue fecit vel graue aut ab eo quod ea que prohibent obstantiaq̄ dimouit. Uniuersa que motu cientur ab aliquo profecto mouentur.

T.c.53. ¶ Si igitur omnia que mouentur a natura mouentur: aut extra naturaꝫ ꝛ violētia: ꝛ que vi ꝛ extra naturã omnia a quodã alio. Eoꝝ aũt que natura iterũ quecunq̄ a seipsis mouenť: ab aliquo mouētur: ꝛ que nõ a seipsis vt leuia ꝛ grauia: aut enim a generante ꝛ faciente leue ꝛ graue: aut ab impedictia ꝛ prohibētia soluēte: oia ergo que mouentur: ab aliquo mouebuntur.

¶ Cõcludit ꝯclusionē p̄ncipalē intētaꝫ in toto caplo. ꝛ dič ꝙ si hoc veꝝ est ꝙ oia q̄ per se mouenť: aut mouenť ſm nãm aut extra nãm ꝛ per violētiã: ꝛ de illis que mouenť per violētiã manifestũ ē ꝙ oia mouenť nõ solũ a quodã mouēte. sꝫ ēt a mouēte alio extrīseco. Et iteꝝ iter ea q̄ mouenť ſm nãm: q̄dã mouenť a seipsis in q̄bus manifestũ ē ꝙ mouenť ab aliquo: nõ q̄dē extrīseco: sed itrinseco. Que dã ēt sunt q̄ mouenť ſm nãm nõ tñ a seipsis. sič grauia ꝛ leuia: ꝛ hec ēt ab aliquo mouenť. vt oñsuꝫ est. q2 aut mouenť per se a generãte qđ fač ea eē grauia ꝛ leuia. aut mouenť per accñs ab eo qđ soluit. i. remouet ea que ipediūt vel remouet naturalem motum. Sic patet ꝙ oia que mouētur: mouenť ab aliquo vel itrinseco motore vel extrinseco: qđ dicit ab alio moueri. LEC. IX.

¶ Id aũt qđ mouet est duplex. Aut enĩ nõ per seipsũ mouet: sed per aliud: qđ quideꝫ id motu ciet qđ mouet: aut per se mouet. Et hoc aut p̄mũ post vltimuꝫ: aut per plura media mouet: vt baculus mouet lapidē: ꝛ moueť a motu: q̄ q̄dē ab hoie motu cietur. At hic nõ vlteri⁹ ex eo mouet. q2 ab alio ip̄e motu cietur.

Hoc autē dupliciter: aut. n. non propter seipsum est mouēs: sed ꝓpter alteꝛ qđ mouet mouēs: aut propter ipsum. Et hoc aut mouens ex se primũ post vltimũ: aut per plura media: vt baculus mouet lapidem: ꝛ mouetur a manu mota ab homie: hic autem non amplius eo qđ ab alio moueatur.

Postq̄ p̄hs ostēdit ꝙ omne qđ mouetur ab alio moueť: hic icipit ostēdere ꝙ necesse ē deuenire ad aliqđ p̄ᵐ mouēs imobile. Et diuidiť in p̄tes duas. In p̄ma ostēdit ꝙ necesse est deuenire ad aliqđ p̄muꝫ: qđ vel sit imobile vel moueat seipsum. In scđa ostēdit ꝙ ēt si deueniať ad aliqđ p̄mũ qđ moueat seipsuꝫ: necesse ē tñ vlterius deuenire ad aliqđ p̄mũ mouēs imobile. ibi [Necesse igiť oē qđ moueť.] Circa p̄mũ duo facit. P̄rio ostēdit ꝙ nõ est possibile ꝙ in īfinitũ aliq̄d ab alio moueať. In scđa ꝙ nõ est necessariũ ꝙ oē mouēs moueať. ibi [Ad dicta aũt.] Circa p̄mũ duo facit. P̄rio ostēdit ꝓpositum ascēdēdo in ordie mobiliũ ꝛ mouētiũ. Scđo descēdēdo. ibi [Amplius aũt ꝛ sic ipsaꝫ. Circa primũ duo facit. P̄rio premittit q̄dã necessaria ad ꝓpositā ostēsionē. Scđo iducit rõnē ad ꝓpositũ ostēdēdu. ibi [Si ergo necesse.] P̄remittit aũt duo quoꝝ p̄mũ est diuisio mouentis. Cũ. n. dictum sit ꝙ omne motũ ab aliquo moueť: cõtingit aliq̄d esse mouēs dupl̄r. Uno mõ qñ nõ mouet ꝓpter seipsuꝫ. i. propria virtute: sꝫ q2 est motũ ab aliquo alio mouēte: ꝛ h̄ est zᵐ mouēs. Alio mõ aliq̄d mouet ꝓp̄ seipsum. i. ꝓpria virtute: nõ q2 est motũ ab alio. Contingit aũt ꝙ tale mouēs moueat dupl̄r. Uno mõ ita ꝙ primũ mouēs moueat proximũ post vltimũ. i. id qđ est sibi ꝓximũ post zᵐ mouens: ꝛ hoc cõtingit qñ p̄mũ mouēs mouet mobile p̱ vnũ tñ mediũ. Alio v̄o modo mouēs mouet mobile per plura media: vt pꝫ cuꝫ baculus mouet lapidem: ꝛ mouetur a manu: que moueť ab homine: qui nõ mouet eo ꝙ ab aliquo alio moueať. Sic ergo hõ est p̄mũ mouēs ꝓpter seipsum: ꝛ mouet lapidē per plura media. Si aũt moueret lapidē manu: moueret per vnũ mediũ tñ. [Scđo ibi.

¶ Utrũq̄ꝫ igitur mouere dicim⁹: ꝛ vltimũ mouētiũ: ꝛ etiã p̄mũ: sꝫ magis p̄mũ. Hoc enĩ vltimũ mouet. Sꝫ vltimũ p̄mũ nõ mouet. Et sine p̄mo q̄dē vltimũ non mouebit: sine v̄o hoc: primum mouere potest. Baculus enim si homo non moueat: non mouebit.

¶ Utraq̄ igitur mouere dicimus: ꝛ primũ ꝛ vltimũ mouentiũ: sed magis primũ. Illud. n. mouet vltimũ: sed nõ hoc primũ. Et sine q̄deꝫ primo vltimũ nõ mouebit: illud aũt si nõ hoc: vt baculus nõ mouebit: nisi moueatur ab homine.

¶ Ponit cõparationē p̄mi mouētis ꝛ scđi. Cũ. n. tã p̄mum mouēs q̄ vltimũ mouere dicamus: dicim⁹ ꝙ magis mouet p̄mũ mouēs q̄ vltimũ. Et hoc pꝫ p̱ duas rõnes. q̄ruꝫ prima est ꝙ p̄mũ mouēs mouet zᵐ mouēs. sed nõ econuerso. Scđa rõ est. q2 zᵐ mouēs nõ potest mouere sine p̄mo: sed primũ mouēs põt mouere sine scđo. Sicut baculus nõ põt mouere lapidē nisi moueať ab homine. sed hõ potest mouere etiam sine baculo. [Deinde cum dicit.

¶ Si igitur omne qđ mouetur ab aliquo moueri necesse ē: ꝛ aut ab eo qđ mouetur ab alio: aut ab eo qđ nõ mouetur ab alio: ꝛ si ab eo mouetur quod ab alio motu cietur: mouēs aliqđ eē p̄mũ qđ nõ ab alio moueatur necesse est. Sin v̄o tale est primũ: nõ necesse ē alterũ eē: fieri enĩ nõ põt: vt in īfinitũ ꝓficiscatur id qđ mouet atq̄ꝫ mouetur ab alio. ꝓpꝑ cũ infinitorum nihil sit primuꝫ. Si igitur vti diximus oē quidem qđ mouetur ab aliquo motu cietur. id v̄o qđ primũ mouet: mouetur quidem: at non ab alio. ipsum profecto primum a seipso moueatur necesse est.

¶ Si ergo necesse est oē qđ mouetur ab aliquo moueri: ꝛ aut ab eo qđ moueť: aut ab alio: aut nõ. Et si q̄dē ab alio qđ moueť: necesse aliq̄d eē mouēs qđ nõ ab alio primũ. Si aũt huiusmodi primũ: nõ necesse est eē alterũ. Impossibile enĩ est in infinitũ abire mouēs: ꝛ qđ moueť ab alio ipsum. Infinitoꝝ eniꝫ nõ est aliq̄d primuꝫ. Si ergo omne qđ moueť: ab aliquo mouetur: primum autē mouēs mouetur quideꝫ non ab alio autem: necesse est ipsum a seipso moueri. T.c.54.

¶ Ostēdit ꝓpositũ ſm p̄missa. Ostēsuꝫ est. n. ꝙ oē qđ moueť ab aliquo moueť. Id aũt a quo moueť aut mouetur aut nõ moueť: ꝛ si moueť aut ab alio moueť aut nõ. Hec aũt duo. s. qđ moueť ab alio. ꝛ qđ moueť nõ ab alio: sic se hñt ꝙ posito vno poniť aliũ: ꝛ nõ ecõuerso: q2 si sit aliq̄d qđ moueť ab alio: necesse est deuenire ad aliqđ primũ qđ nõ moueť ab alio. Sed si ponať aliqđ p̄muꝫ hui⁹. s. qđ nõ moueať

moueaꝛ ab alio:nō eſt neceſſariū vlteri⁹ ponē alteꝝ.ſ.qȯ mouetur ab alio.Et hoc quidē per ſe manifeſtū eſt. Sed primū poterat eē dubiū.ſ.ꝙ ſi īueniꝛ aliqd qȯ moueꝛ ab alio:ꝙ īueniaꝛ aliqȯ ṗmū qȯ nō moueꝛ ab alio. Et ideo ꝯſiter hoc ꝓbat ſic.q2 ſi aliqd moueꝛ ab alio:⁊ iteꝝ illud ab alio ⁊ nūqꝫ ē deuenire ad aliqd qȯ nō moueaꝛ ab alio ſequiꝛ ꝙ ſit ꝓcedere in īfinitū in mouētib⁹ ⁊ motis.Et h

Tex.34. quidē eē īpoſſe ſupra ꝓbatū ē in.7.Sed hic ꝓbat certiori via:q2 in īfinitis nō ē aliqd p̄ᵐ. Si ḡ mouētia ⁊ mota ꝓcedāt in īfinitū nō erit aliqd p̄ᵐ mouēs.Iā aūt dictū eſt ꝙ ſi ṗmū mouēs nō mouet:nec vltimū mouet. Non erit ergo aliqȯ mouēs:qȯ ē manifeſte falſuꝫ. Nō ē ḡ ꝓcedere in īfinitū in h ꝙ aliqd moueaꝛ ab alio.Si ḡ nō deꝛ ꝙ oē qȯ moueꝛ ab aliquo moueꝛ vt oſtēſuꝫ eſt.⁊ iteꝝ ſupponaꝛ ꝙ p̄ᵐ mouēs mouet:cū ꝓbatū ſit ꝙ non moueaꝛ ab alio: neceſſe ē ꝙ moueaꝛ a ſeipſo. ¶ Eſt aūt in hac rōne attēdēdū.ꝙ p̄ᵐ mouēs moueri nō ē hic ꝓbatū.Supponit aūt hoc ſ꞉ cōeꝫ opionē Platonicoꝝ.Quātū aūt ad ṽtutē rōnis nō magis ꝯcludiꝛ ꝙ p̄ᵐ mouēs moueat ſeipſum qꝫ ꝙ ſit imobile.Vñ in ſequētibus hāc eādē ꝯcluſionē ſub diſiunctione inducit.vt infra patebit.¶ Deinde cū dicit.

¶ Preterea hoc ēt rōnē hāc eādē tranſigere licet.Oē nāqꝫ qȯ mouet:⁊ aliqd ⁊ aliquo ſane mouet:aut enī ſeipſo aut alio mouet:vt hō:aut ſeipſo aut baculo mouet:⁊ aut ipſe vētus deiecit:aut lapis quē pepulit vētus.Fieri ṽo nō pōt vt id quo mot⁹ affertur moueat abſqꝫ eo qȯ mouet ſeipſo.Sed ſi id qdē ſit qȯ motū affert ſeipſo:nō neceſſe eſt aliud eē quo mot⁹ affeꝛ. Sin ṽo ſit aliud quo motus affeꝛ:eſt aliqd ꝓfecto: qȯ qdē nō aliquo:ſed ſeipſo mouebit:vel in īfinitum abibiꝛ.Si igiꝛ mouet qppiā atqꝫ moueꝛ:ſtetur ⁊ nō in īfinitū pergaꝛ neceſſe eſt.Nam ſi baculus moueat q2 moueꝛ a manu:manus ipſa ꝓfecto baculo motuꝫ affert. Qȯ ſi manū etiā qppiā aliud moueat:⁊ illud idētidē manū mouet.Cū igiꝛ id qȯ motū affert aliud aliquo mouet:tū id ſit ṗus qȯ ſeipſo mouet neceſſe eſt.Qȯ ſi hoc motu qdē cieꝛ:ab alio aūt nō moueꝛ: neceſſe eſt ipm ꝓfecto ſeipm motu ciere.Quare hac etiā rōne:aut ab eo ſtati qȯ ſeipꝫ mouet id quod moueꝛ motu cietur:aut ad hoc ipſum tādem acceditur.

Tex.35. ¶ Amplius aūt ⁊ ſic ipſaꝫ hāc eādē rōnē eſt aggredi.Oē.n.mouēs:aliqd qdem mouet ⁊ aliquo. Aut enī ſeipſo mouens mouet:aut alio:vt hō ipſe:aut baculo:aut vēt⁹ ꝓiecit:aut ipſe:aut lapis quē mouit. Impoſſe aūt ē mouere ſine nō ipſo:mouēte ⁊ agēte id quo mouet. Sꝫ ⁊ ſi qdē ipſuꝫ ſeipſo mouet: nō neceſſe eſt aliud eē quo mouet. Si ṽo ſit alteꝝ id quo mouet: eſt aliqd qȯ mouebit nō quodā alio ſꝫ ſeipſo:aut in īfinitū abibit. Si ḡ qȯ moueꝛ aliqd mouet:neceſſe eſt ſtare ⁊ nō ī īfinitū ire. Si.n.baculus mouet:eo ꝙ moueꝛ a manu:⁊ man⁹ mouet baculū:ſi āt ⁊ hāc aliud mouet:⁊ hāc alteꝝ aliqȯ mouēs. Cū itaqꝫ aliquo moueaꝛ ſp alteꝝ:neceſſe ē pri⁹ ipm ſeipꝫ mouēs. Si igiꝛ mouet qdē h:nō aliȯ autē mouēs ipꝫ:necē ipm ſeipm mouere. Quare ⁊ ſm hāc rōnē qȯ moueꝛ aut mox ab ipſo mouēte mouebitur:aut venit aliquādo i huiuſmodi.

speciebus. Ergo vel opz dicere q̄ alia sit in cōposito for-
ma generis a formis specificis: vel oportet destruere eq̄-
2^m arg^m. litatem predicationis que est inter genus ⁊ speciē. ¶ P̄.
Omne superius ⁊ magis cōmune pōt p̄dicari de suo infe-
riori s̄m sniam Porphyrij: sed supposita pluralitate for-
marū adhuc genus erit magis cōmune ⁊ sup̄ius respectu
spēi. ergo suppositis pluribus formis adhuc saluatur pre-
3^m arg^m. dicatio superioris de inferiori. ¶ P̄. Si eadem sit forma
generis ⁊ spēi cum genus dicat totam essentiam specierū
sequeretur q̄ eadem sit essentia omnium specierum: sed
que conueniunt in essentia conueniūt in specie: quare oēs
Ad oppo situm. species conuenirent in specie. ¶ Sed contra est: q2 si alia
est forma generis a formis specierū: tunc aut species sunt
eedem generi essentialiter aut non. Et si quidem nō sunt
Impossi tio plura litatis for marum. eedez: sed potius est alia speciei essentia. ⁊ alia generis: cū
vtraqz essentia sit in specie sequitur q̄ in qualibet specie
sint due essentie omnino diuerse. ⁊ per consequens cū na-
ture vel essentie non possint predicari de se inuicē nec in-
formari in aliquo esse sicut non potest esse vna actualitas
albi ⁊ nigri sequitur q̄ substātia spēi nō sit aliquod vnū
simplr: sed multa. ⁊ q̄ genus non predicetur de specie. Si
autem dicatur q̄ species sint idem cū essentia generis: se-
quitur q̄ etiā sint essentialiter idē inter se: ⁊ ita erit eadē
essentia oīum spērū: qd̄ est inconueniens: ac per ꝯñs vna
species poterit predicari de alia: quare cum hec inconue-
nientia non sequantur supposita vna forma. vt patebit in
solutione tertij argumenti. Melius dicendū est q̄ sit tm̄
vna forma generis ⁊ speciei differens solum penes deter-
minatum ⁊ indeterminatum.

R̄sio. Respondeo dicendo q̄ supposita pluralitate for-
marum substantialium in eodez sup-
posito predicatio superioris de inferiori saluari non pōt.
Tria valt predicatō eēntialis. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum est q̄ tria requiruntur
ad hoc vt possit vnū de altero essentialiter p̄dicari. ¶ Et
primo quidem vt ipsum qd̄ predicatur sit superius ⁊ ma-
gis cōmune: vel ad minus equale cum ipso subiecto: nam
inferius de superiori predicari non pōt: vt patet ex dictis.
¶ 2° vo requiritur vt predicatum ⁊ subiectum sint essen-
tialiter vnum. Lz enim predicatio compleatur per actus
rationis componentis ⁊ diuidentis vnum cum altero: vel
ab altero. tamē pro fundamento habet in re idētitatē eo-
rum: quorum vnum de altero dicitur: ⁊ ideo cum in omni
predicatione predicatū sit equaliter vnum cum ipso sub-
iecto: oportet vt in essentiali predicatione vtrūqz extre-
morum essentialem habeat vnitatez. ¶ 3° vo exigitur vt
ab intellectu predicati nihil precidatur: vel intelligat̄ pre-
cisum de his que pertinent ad intellectum vel rationem
subiecti. Alias enim cum predicatum s̄m se totum affir-
mari debeat de subiecto: precisio autem negationem im-
portet eius qd̄ preciditur sequeretur q̄ de eodē esset affir-
matio ⁊ negatio vera. vt patet ex dictis. ¶ Si autem sup-
ponatur esse alia forma generis a forma speciei siue vt ve-

rius loquamur ⁊ propius: alia forma que dat esse generis
ab illa que dat esse specificū: duo vltima impossibile erit
reperire in genere ⁊ spe. Nam cum forma generis sit essen-
tialiter cuiuslibet specierū. Alias oporteret dicere q̄ hō
⁊ asinus essent aīalia per accidens. spēs autē sint opposite
⁊ diuerse: sequitur q̄ vna ⁊ eadem forma specie sit idem
essentialiter oppositis ⁊ diuersis formis. Ac si diceremus q̄
albedo esset idem essentialiter cuz nigredine ⁊ albedine:
qd̄ est īpossibile: q2 vel oportet dicere q̄ genus nō habeat
vnitatem eēntialē cū spe. vel q̄ eadē sit essentia vtriusqz
differēs solū per determinatū ⁊ indeterminatū. Et sic pz
q̄ deficit 2° cōditio. ¶ Silr̄ et deficit 3^a. Nā si est alia for-
ma generis ab illa spēi cū diuersas formas nūllo impole
sit se mutuo includere p̄ ppria nois significationem: eo q̄
ipse multiplicant̄ s̄m dr̄ias oppositas: sequit̄ q̄ aīa sensi-
tiua que est forma generis sit talis forma: que det ita esse
sensitiuū q̄ non possit dare aliqd̄ aliud eē. Ac per hoc q̄
ab intellectu eius p̄cidatur omnis vlterior perfectio puta
rationalis vel intellectus. Et ita cum in significato sub-
iecti qd̄ est homo includatur rationale: sequitur q̄ ab in-
tellectu p̄dicati qd̄ est animal p̄cidatur aliqd̄ de essentia-
libus subiecti: ac per consequens q̄ se habeat per modū
partis: ⁊ de ipso eēntialiter p̄dicari nō possit. Quare si de-
beamus saluare p̄dicationē generis de spe: ⁊ spēi de indi-
uiduo: opz dicere q̄ vna sit forma siue essentia generis ⁊
spēi: ⁊ spēi ⁊ indiuidui differēs solū penes determinatum
siue signatum ⁊ nō signatū: lz alius sit modus designatio-
nis vtrobiqz. Nam designatio indiuidui respectu speciei
est per mām indiuidualē: designatio aūt spēi respectu ge-
neris est per drīam ꝯstitutiuā: que sumit̄ ex p̄ncipali p̄fe-
ctione quā dat forma rei. Qd̄ tn̄ intelligēdū est q̄. s. huius
determinatio: que inuenitur in spe respectu generis nō est
per aliqd̄ extra ita in eē spēi q̄ nullo mō sit in eēntia gene-
ris. imo q̄cq̄d est in spe vt determinatum: est et in genere
vt indeterminatū. Nā si genus nō diceret totū q̄cq̄d est
in spe nō posset p̄dicari de ipsa. ¶ Ad p^m dicēdū q̄ ad eui- Ad p^m arg^m.
dētiā huius argumēti ⁊ aliorū similiū opz scire q̄liter for-
ma generis ꝯtinet spēi eēntiā: ⁊ q̄liter est in ipsis spēbus.
Ad p^mā ergo notitiā sciēdū est q̄ genus ⁊ spēs ⁊ dr̄ia de Q̄ualiter forma generis cōti net spēm.
sui significatiōe dicūt totū ⁊ nō ptem retalias nō possent
predicari de toto. Sed tamen q2 substātia rei quā signifi-
cant omnia ista est vnum tm̄: non possumus dicere q̄ hec
tria. s. genus: species ⁊ dr̄ia eodem mō ipsam significent. Gen^s spe cies ⁊ dr̄ia licet eādē totā signifi cant sed diuersimo de
Alias oporteret q̄ ista tria nomia eēnt synonyma. qd̄ est
falsum. Significāt ergo eā diuersimode. Qd̄ vt melius
possit intelligi sciēdū est q̄ cū spēs rerū sint ad modū nu-
merorū in q̄bus vnus addit p̄fectionē sup̄ aliū opz neces-
sario dicere q̄ p̄fectiones inferiorū sint in sup̄ioribus. ac
per hoc q̄ in vna ⁊ eadem re sint diuerse p̄fectiōes eēndi.
Sicut videmus q̄ in hoīe est p̄fectio eē ⁊ vite: ⁊ sensus ⁊
intellectus. Et iō cū ratio rei sumatur ab ipsa re s̄z q̄ stat
sub aliqua p̄fectione vel actu. Ratio aūt rei sit quā signi-
ficat nomē: cōtingit ipsam rez diuersis nominibus nomi-
nari vel significari s̄m q̄ diuerse sunt eēntiales p̄fectio-
nes ipsius. Sicut videmus q̄ hec nomina dn̄s pater ⁊ hō
vnā ⁊ eādē rē exprimere pñt si aliq̄s sit cui ista tria cōue-
niant. Et tamē hec nomina lz eandē rē significēt nō erūt
synonyma: eo q̄ illam rē exprimūt q̄ est sub diuersis per-
fectionibus cōstituta. Dato enim q̄ vnus solus eēt homo
qui eēt dominus ⁊ eēt pater: adhuc illa nomina non eēnt
synonyma: nec vna eēt ratio significata per ipsa. Lz exem-
plum p̄dictum non sit forte quo ad omnia simile de gene-
re ⁊ spe ⁊ dr̄ia. Nam q2 in homine est triplex p̄fectio. s. vi-
te: sensus: ⁊ intellectus. Inter p̄fectiones aūt vnius eēntie
opz semp̄ eē aliquē ordinē eo q̄ ordo est p̄ncipiū vnitatis.
Inde

Inde est q̄ inter pfectiones aliqua est quasi pncipalior ⁊ formalior: ⁊ quasi determinatiua aliarum ⁊ vltimum cōplementuz. Scdm ergo q̄ suppositū stat sub vltima perfectione: puta sm q̄ stat sub pfectione intellectiua: sic exprimitur per nomen differētie complectiue puta rōnale. Scdm aūt q̄ stat sub perfectione vel pfectionibus q̄ q̄si mãles cōparant ad ipsam vltimā dīam: sic exprimit per nomē generis: seu p noīa generū in qbus illa spēs ptinet: puta sz q̄ stat sub pfectiōe sensus: sic exprimit per aīal. sz aūt q̄ stat sub perfectiōe vite per viuum seu vegetabile. Scdm aūt q̄ stat sub pfectione trine dimensionis: exprimit p nomē alteri⁹ generis qd est corp⁹. Spēi aūt nomē significat totum sm q̄ est ex vtraqz perfectione constitutum. s. generis ⁊ differentie. Et q2 (vt dictum est) vnicuiqz dictorum nominum. s. generis ⁊ spēi ⁊ differētie rñdet propria ratio sm q̄ significat talem rem. Ratio autē sm quā nomen generis significat ipsam rem: sumitur ab eo qd est quasi mãle vt dictuz est. Omne aūt materiale quantum in se est: est indeterminatum ⁊ in potētia. Inde est q̄ nomen generis significat seu exprimit ipsam rei nãm sm illud mãle qd est in ipsa: indeterminatum tñ ⁊ in potētia existētē ad quācūqz aliā pfectionē. Unde pz q̄ lz de intellectu pmo generis nō sit vltima forma siue dīa: sed illud qd quasi mãle se habet: tñ ppter hoc ipsam non excludit nec pscindit: qnimo cū oē mãle sit in potētia ad quēlibet actū: ideterminate tñ: oēs pfectiones formales quas possent illi mãli adiūgi exprimit: tñ indeterminate: sicut potētia oēs actus. Et hoc est qd dicit Porphyrius q̄ genus nullā dīā ptinet actu eo. s. q̄ nō sunt de pmo intellectu eius: pp qd nec de ipso proprie loquēdo pncipalr sm Phm in 4° topicoꝝ. ptāte vo oēs. Rō aūt sm quā nomen dīe exprimit rē sumit ab eo qd est vltima rei pfectio. Et iō cū tale ad nihil aliud sit in potētia inde est q̄ dīa pcidit intellectū ois alteri⁹ pfectiōis. Propter qd nihil dīc idetermiatū idetermiatiōe formali: sz solū idetermiatiōe mãli. s. ipsa indiuidua in qbus subiecta spēi ad mãm determinant certā. Unde sicut genus indeterminatione dicit totā substātiā rei: ita ⁊ spēs totā subam īdiuidui. Ex quo etiaz sequit q̄ sicut de itellectu pmo generis non est dīa: ita nec de itellectu pmo dīe est genus: lz neutrū a sui intellectu precidat alterius itellectū. Sic ergo pz pm qualr. s. spēs cōtinet in genere: q2 q̄si quoddā determinatū in indeterminato: pz et 2m qualiter. s. essentia generis sit in specie. q2. s. q̄si indeterminatū in re limitata ⁊ determiata p actū. ¶ Ex quo ēt manifesta est solo oīum argumētorū. Nā qn dicit q̄ genus equalr pdicat de spēbus est itelligēdū q̄ equalr predicet: nō q̄si aliqd vnuz ⁊ idē numero vel specie exns in oībus spēbus: sed q̄si idistinctū aliqd ⁊ in potētia exns equalr ad oēs actus determinatos. Unde ab eadē forma datur esse materiale a qua sumitur nomē ⁊ ratio generis: ⁊ eē formale a qua sumitur ratio speciei. ¶ Ad 2m etiam patet: q2 nō solū illud vnuz requiritur ad predicationem essentialez: sed requirūtur alia duo que dicta sunt. ¶ Ad 3m etiā pz rñsio. Quāuis enim genus significet totā subaz speciei: non tamē oportet q̄ diuersarū specierum quaruz est vnum genus sit vna essentia: q2 vnitas generis ex ipsa indeterminatione procedit. Non autez ita q̄ illud qd significat per genus sit vna natura numero in diuersis speciebus cui superueniat res alia que sit differētia determinans: sicut forma determinat materiam que est vna numero: sed q2 genus aliquam formam significat non tamē determinate: quā differentia exprimit que non est alia q̄ illa que indeterminate significat per genus. Unde patet q̄ remota per differentiam illa indeterminatione remanent species per essentiam diuerse. Questio. V.

Ad pmā rōnes.

Ad 2m

Ad 3m

DEinde cōsiderādum est de formis in comparatione ad actus ⁊ operationes ipsarum. ¶ Et circa hoc queruntur duo tñ. ¶ Et primo qdez vtrum vna ⁊ eadez forma possit habere diuersas operationes ⁊ specie ⁊ genere. ¶ 2° vo vtruz supposita vnitate forme necessario ipsa forma cōferat incorruptibilitatem materie: ita. s. q̄ hoc supposito omne corpus sit incorruptibile.

¶ Utrum vna ⁊ eadē forma possit habere diuersas operationes specie ⁊ genere. Articulus primus.

AD primū sic pcedit. Videt q̄ vna ⁊ eadē forma nō possit habere vl esse diuersarū opationū pnm. ¶ Uni⁹ enim rei vnus est finis vltimus. Sed sm Phm in libro de ce. ⁊ mūdo. opatio est vltia rei pfectio ⁊ finis eius. ergo ab vna forma nō pcedit nisi vna opatio. ¶ P. Opatio sequit nãm rei: sz nã cuiuslibet rei ē vna: ⁊ in aliqua vna determinata spe ⁊ determinato genere. ergo ab vna forma nō pnt cāri opationes diuerse in genere ⁊ spe. ¶ Sz 3ō ē: q2 aīa hz diuersas opatiōes. s. itelligē ⁊ viuere. Sz aīaz nunq̄ nullus posuit ex diuersis formis cōpositā. ergo ab vna forma possunt diuerse operationes cāri. pm argm. 2m argm. Oppō.

Respondeo dicēdo q̄ vna res potest hīe diuersas operationes: ⁊ vna ⁊ eadē forma mediātibus suis potētijs pōt eē diuersaꝝ opationū pncipiū. ¶ Ad cuius euidētiā sciēdū est q̄ vnūqdqz operatur sm q̄ est in actu sz Phm. Inquātū aūt est vnūqdqz in actu: intm est ens: sm aūt Phm ens ⁊ vnū conuertunt. vnitas aūt est simplicitatis pnm. Ex quo pz q̄ quāto aliqd est magis vnū ⁊ magis simplex: tāto ē magis virtuosuz ad opandum cū ois forma ⁊ ois res quāto simplicior est tanto plures habet operationes: ppter qd humana aīa inter oēs inferiores formas plures hz opatiōes. Sz tñ aduertendum est q̄ q2 quāto aliqd est magis actu: tāto est magis ens: ⁊ quāto est magis vnū: tanto est magis in actu ⁊ virtuosum ad operādūz vt dictū est. Ideo quāto forme siue res quecūqz sunt magis simplices tāto per vnū plura opari pñt: sicut angelus per solū intellectū oīa illa cognoscit que aīa per diuersas potētias vix cognoscere pōt. Unū pz: q̄ vna ⁊ eadē forma pōt diuersaꝝ opationū eē pnm. ¶ Ad primū dicēdū q̄ vni⁹ rei finis vnus est pncipalis ⁊ vltim⁹. Scdarij autem ⁊ proximi possunt esse plures. ⁊ ita dicendūz est de operationibus. ¶ Ad 2m dicendum q̄ lz res sit vnius nature: habet tamen multas virtutes: ⁊ per consequens potest habere multas operationes. Rñso. 3° physicoꝝ. t. c. 17. 4° meta. t. c. 3. Ad pmū argm. Ad 2m argm.

¶ Utrum posita vnitate forme: necessario ipsa forma cōferat incorruptibilitatem materie. Articulus secundus.

AD secūdū sic pcedit. Videt q̄ supposita vnitate forme necessario omne corpus sit incorruptibile. ¶ Oē eniz qd caret 3rietate est incorruptibile. Sz supposita vnitate forme oē corpus carebit 3rietate. ergo erit icorruptibile. Probatio 2e ptis aāntis est: q2 si vna forma tñ sit in cōposito ipsam opz vniri mãe pme. iter que nulla erit 3rietas. ergo oē corpus eēt icorruptibile. ¶ P. Qd est cōpo(m) ex icorruptibilib⁹ est icorruptibile: sz supposita vnitate forme hō est cōpositus ex icorruptibilib⁹: q2 vz ex aīa ⁊ mã pma: quorum vtrūqz est icorruptibile sm Phm in 3° de aīa. ⁊ pmo physicorū. ergo ad minus ois hō erit incorruptibilis: qd est falsuz. ¶ Sed cōtra: q2 vbicūqz sunt 3trarie qualitates illud oportet corrūpi. Sed supposita vnitate forme adhuc manent in corporibus cōtrarie qualitates: vt infra patebit. ergo supposita vnitate forme non oportet omne corpus esse incorruptibile. pm argm. 2m argm. t. c. 20. t. c. 82.

R. ifio. Respondeo dicẽdo q̄ ista est vna de rationib⁹ ppter quam quidam leuiter moti sunt ad ponẽdũ pluralitatẽ formaꝝ. Credebãt enĩ necessario sequi oẽ corpus eẽ icorruptibile supposita tñ vna forma in supposito nãli. Sed hoc nõ est necessariũ. Due enĩ cãe corruptionis ↄsueuerũt cõiter assignari. vʒ ↄ̃rietas actionũ: ⁊ puatio pfectionũ: q̃ruʒ quelibet inueniri põt in reb⁹ nãlibus: ẽt supposita vnitate formaꝝ. Nã pma cã vʒ ↄ̃ria actio q̃litatũ necessario in cõposito corruptionẽ inducit: eo q̄ ſm Phm oĩs passio magis facta abycit a suba. Hoc aũt per vnitatẽ nõ tollit. Nã lʒ i mixto elemẽtoꝝ forme nõ maneãt ſm actũ: tñ qꝛ ipsum mixtũ est q̃si mediũ ex extremis ↄstitutũ: vt in sequẽti qõne dicet. opʒ vt in ipso remaneat ṽtus ad pducẽdũ siĩes q̃litates que fuerunt in extremis. s. calidũ: frigidũ: humidũ: ⁊ siccũ. Ita ẽt cũ medij accñtia ex extremis trahãt oĩginẽ: opʒ vt i mixtis inueniant siĩes illis q̃litates ↄ̃rie passiue. s. ⁊ actiue: eo q̄ ipʒ mixtũ ex elemẽtis passiuis hʒ virtutẽ pducendi q̃litates passiuas: ⁊ ex actiuis actiuas: lʒ ipse in mixto sint eẽntiali cõiũctione vnite: ⁊ sic vi q̄ per talẽ vnionẽ vnã q̃litatem mediã ↄstituãt. Manifestũ est aũt q̄ oẽ tale in quo sunt huiõ q̃litates ↄ̃rie opʒ eẽ corruptibile: q̃re pʒ etiã q̄ supposita vnitate formarum: corpora nãlia erũt corruptibilia. Siĩr (vt dictũ est) 2ª cã corruptionis est defectus pfectionum. Ex hoc enĩ q̄ mã est in potẽtia ad oẽs pfectiones nature: nulla forma põt ipsam oĩ nãli pfectione pficere: opʒ vt semp in mã dũ hʒ vnã formã remaneãt puatio: ⁊ appetitus ad aliã. Ex quo necessario sequit corruptibilitas siue sit vna forma siue plures. Propter qð diĉ Phs in pmo physicoꝝ q̄ altera pars ↄ̃rietatis semp machinat ad maleficiũ. i. ad corruptionẽ.

T. c. 80. Ad pmũ argm. ¶ Ad pm̃ sic dĩ q̄ pʒ rñsio: qꝛ est ibi ↄ̃rietas q̃litatuʒ: ⁊ ↄ̃rietas mãe ⁊ forme: ⁊ ↄ̃rietas puationis ⁊ act⁹. Et pʒ etiã sic ad 2m.

Questio. VI.

Habitis de formis per cõparationẽ ad actus rõnis: ⁊ per cõparationem ad effectus ⁊ operationes ipsaꝝ. Nũc agẽdũ est de ipsis per cõparationẽ ad mãʒ primam. Et qꝛ mã nãlis nullius rei põt eẽ principiũ nisi per generationem ⁊ motum. Jð q̃rẽdo de formis per comparationẽ ad mãm opʒ ẽt siĩr q̃rere de ipsis put cõparantur ad generationẽ ⁊ motũ. ¶ Et circa hoc q̃runt tria. ¶ Et pmo vtrũ forme elemẽtorũ maneãt in mixto actu vel potentia tñ. ¶ 2º vtrũ oĩs forma substãtialis imediate vniat mãe pº. ¶ 3º vtrũ nõ manẽtib⁹ formis possint remanere alique qualitates vel virtutes elementorum eedem numero.

¶ Utrum forme elementorũ maneant in mixto actu vel potentia tñ.

Articulus primus.

1m argm. Ad primũ sic pcedit. Uidet q̄ forme elemẽtoꝝ: ⁊ per ↄ̃ns elementa maneãt actu in mixto. Dicit enim Phs in pmo de generatiõe: q̄ si elemẽta nõ manẽt in mixto nec vnũ nec plura: nihil relinquit in mã. Sed mã sola cũ forma nõ facit mixtionẽ. ergo si elemẽta non

2m argm. sint actu in mixto sequit q̄ nihil sit mixtum in nã. ¶ P. Si elemẽta corrumpunt in mixto: cũ corruptio vnius sit

3m argm. generatio alterius. sequit q̄ mixtio sit generatio: qð est ↄ̃ Phm. ¶ P. Nullũ accñs est sepabile: sed qualitates elemẽtoꝝ manẽt in mixto: ergo opʒ q̄ ibi maneãt elemẽta.

4m argm. ¶ P. Nihil cõrrũpit nisi a suo ↄ̃rio. Sʒ si elemẽta corrũpunt in mixto nõ erit assignare ↄ̃rietatẽ corruptiuã: ⁊ ita

5m argm. nullũ mixtũ erit corruptibile. ¶ P. Nihil agit nisi ſm q̄ est actu: ſʒ elemẽta in mixto hñt pprias opationes. Dicit

T. c. 7. 6m argm. enim Phs in pmo cª. ⁊ mũdi. q̄ mixtũ mouet ſm elemẽtuʒ pdominãs. ¶ P. Elemẽta ↄueniũt in mixto: aut ergo ſm excessum: aut ſm equalitatẽ. Si ſm excessum: tũc excedẽs nõ corrũpit: sed potius generat per corruptionem excessi. ⁊ sic ad min⁹ elemẽtũ excedẽs manet actu in mixto. Si aũt ſm equalitatẽ: tũc nullũ corrũpet alteruʒ: ⁊ sic

7m argm. omnia manebũt in actu. ¶ P. Nihil resoluitur nisi in ea ex q̄bus cõponit: si ergo talis resolutio ponat eẽ actu elementorũ generatio: nõ poterit dici magis q̄ mixta fiant ex elemẽtis q̃ ecõuerso.

Oppõ. T. c. 84. ¶ Sed contra est Philosophus in scðo de generatione. vbi expresse dicit q̄ elementa nõ manent in mixto ſm actum: sed virtute tñ.

R. ifio. Respondeo dicẽdo q̄ circa hoc fuerũt ⁊ sunt diuersoꝝ siĩe vsqʒ hodie. Nam q̄daʒ obligati pensus in iudicãdo sensib⁹ corporis dixerũt mixtionem ad sensum esse mixtionẽ verã: dicẽtes elementa misceri adinuicẽ: ita tñ q̄ forme substãtiales elemẽtoꝝ actu remanerẽt in mixto. Et rõnes hoꝝ tacte sunt in argumẽtis. Sed huius põnis falsitas põt multiplr ostendi.

Impugnat pm̃ modus. ¶ Et primo ex nã mixti ⁊ sic. Ex pluribus existẽtibus actu non potest componi aliqð essentialiter vnũ: sed manifestũ est q̄ mixtũ ſm nãm opʒ essentialiter vnum esse: eo q̄ ens ⁊ vnũ ↄuertant: quare si elemẽta manẽt in mixto ſm actũ: sequit q̄ ex eis nõ possit cõponi aliqð essentialiter vnuʒ: qð est cõtra rõnem mixti. Quod aũt ex pluribus actu existentibus nõ possit fieri aliqð vnũ essentialiter pʒ sic. Ea dicunt vnũ essentialiter ex q̄bus constituit vna essentia vel nã. Una aut essentia impole est vt habeat nisi vnum substãtiale eẽ: manifestũ est aũt cum eẽ sit actus entis q̄ impossibile est aliquã formã substãtialeʒ actu remanere nisi maneat eius substãtiale eẽ. Ex quo sequit q̄ si forme elemẽtoꝝ manẽt in mixto actu q̄ habeãt plura eẽ q̃ sunt actualitates ipsorũ. Nã sicut pluriũ suppositorũ actu existẽtiuʒ ipossibile est actualitatẽ vnã esse: sicut q̄ duarum lineaꝝ vnũ sit pũctũ. Ita impole est plures esse actu formas q̄n habeãt plura eẽ: quare cum ex talibus non possit aliqð vnũ essentialiter esse: sequit necessario q̄ elemẽtorum forme nõ manẽt actu in mixto.

2º modus impugnatur. ¶ 2º ex natura mixtionis. Manẽtibus enim formis seu manente forma substantiali in re ipole est in ipsa aliquã mutationẽ fieri nisi accidẽtalẽ. Cũ enim esse substantiale cõsequatur formaʒ dicere q̄ aliqð substãtialiter mutet: ⁊ q̄ maneat forme: est impole: ⁊ est implicare cõtradictioneʒ. Si ergo forme elemẽtorũ substãtiales manẽt actu in mixto: sequitur q̄ elemẽta nõ mutentur aliqua mutatione nisi accidentali. Ex quo vlterius sequunt tria incõueniẽtia: quoꝝ vnũ est q̄ mixtio nihil aliud sit q̃ alteratio: qð est falsum. Scðm ṽo est q̄ generationi subyciatur ens actu. Nam cum substantia ex sola alteratione non pducatur: ⁊ cũ ad pfectã mixtionẽ sequat generatio: si forme elemẽtorum ibi manent etiã vsqʒ ad pfectam mixtionem iam factaʒ: sequitur necessario q̄ generationi subyciatur ens actu. Tertium ṽo inconueniẽs est: qꝛ cum omnis alteratio possit aliquo mõ sensu pcipi ſm Phm in 5º phy. sequitur q̄ mixtio vera sit pcepta per sensum: qð est cõtra Phm in primo de generatione.

T. c. 85. 3º modus impugnatur. ¶ 3º ex differentia mixtionis ⁊ generationis. Lʒ enim mixtio sit aliud a generatione: tñ in omni mixtiõe oportet esse generationẽ alicuius tertij qð neutrum extremorũ sit actu: aliãs sequeret q̄ omnia mixta eẽnt nature eiusdẽ. Nam si ex elemẽtis que miscent nõ resultat aliq̃ 3ª nã altera a quolibet miscibiliũ: sʒ potl⁹ oĩa elemẽta: tũc mixta nihil alið eẽnt nisi elemẽta in actu: aggregata tñ ad inuicẽ. Cum autẽ ad oĩa mixta ↄueniãt oĩa 4ºr elemẽta: sequeret q̄ nullũ differret ab alio substãtialiter in nã: sed solũ accñtalr ſm plus ⁊ minus: sed manẽtib⁹ formis elemẽtoꝝ in actu nulla põt 3ª nã resultare. que nõ sit quodlibet eorum in actu: vt pʒ ex dictis: quare impossibile est in

mixto

9 modus impossibili. mixto eẽ elẽtoꝝ formas nisi in potẽtia ꝛ ṽtute. ¶ 4° ex
nã formarum. Lꝫ enim ꝓprie loquẽdo forme subales cõ
trarie nõ sint rõne sue simplicitatis ꝛ actualitatis. tñ in se
oppositionem includũt: seu oppositas rõnes. Cuius ꝓba
tio est qꝛ essentiales rões eaꝝ cuiusmodi sunt dñie sub
stantiales specifice ex opposito diuiduntur: que quidem
differentia nihil aliud est ꝙ̃ illud in quo rõne forme sub
stantialis ꝯsistit per intellectuꝫ abstractũ. Ea ṽo que eẽn
tialiter rões includũt oppositas: essentialr̃ vniri nõ pos
sũt etsi ponãt̃ in actu: cũ opposite eẽtialr̃ rões in vna sim
plici essentia includi non possint: quare si forme elẽtoꝝ
sint actu in mixto: cũ sint opposite ꝛ differẽtes spe: eo mo
do quo dictum est: vt pꝫ ex oppositis dispositionibus ꝛ q̃
litatibus quas efficiunt in mã opposite forme vniẽt̃ in
vna simplici eẽntia qḋ est impoĺe. Aut opꝫ dicere ꝙ non
vniantur essentialr̃. Ex quo sequit̃ ꝙ mixtum nõ sit vnũ
simplr̃. sed ſm quid: sicut aceruus lapidũ: aut ꝙ ille for
5 modus impossibili. me non sint in actu: sed in potentia soluꝫ. ¶ 5° ṽo ex natu
ra vnionis sic. Oẽm enim subam ex mã ꝛ forma subali
cõpositã necessario sequitur eẽ subale. Omne autem tale
hẽt rõnem cõpositi: sed si elẽtoꝝ forme manent actu in
mixto cũ sint diuerse in spe ꝛ non sit dare ꝙ omnes sint
in eadem pte mãe sequitur ꝙ sint ibi quatuor res diuer
se spe: cõposite ex diuersis ptibus mãe: ꝛ diuersis formis
subalibus: ꝛ per ꝯñs ꝙ sint diuersa supposita scilꝫ. 4. Di
uersa aũt supposita in spetie impoĺe est essentialr̃ vniri:
vel aliquod vnũ ꝯstituere: quare sequit̃ vel ꝙ mixtũ nõ
sit aliquid vnum vel ꝙ forme non sint in actu: sed ṽtute
tñ vel potẽtia. Qꝛ aũt impoĺe sit illas formas eẽ in eadẽ
pte mãe: pꝫ qꝛ diuersas formas consequunt̃ diuersa esse
subalia: q̃ ipoĺe est itelligere in eadeꝫ parte mãe. Et qꝛ an
te mixtionẽ: ille forme sunt in diuersis mãe ptibus: ꝛ ẽt
si postea per mixtionẽ reducerent̃ ad eandem ptem ma
terie sequeret̃ ꝙ forme subales mutarentur de subiecto in
6 modus subiectum: qḋ est ridiculum dicere. ¶ 6° ex nã iformatio
nis. Si enim ille forme manẽt actu in mixto cũ ipse sint
diuerse in spe ꝛ necessario sint in diuersis ptibus mãe vt
ꝓbatum est: sequit̃ ꝙ constituant in ipso mixto diuersas
ptes etiam specie differẽtes. Cõstat aũt ꝙ queilibet pars
mixti est equaliter subiectuꝫ forme vltime: puta carnis vel
alicuius alterius. Ex quo relinqtur ꝙ eadem forma suba
lis est in diuersis subiectis specie ꝛ diuersis specie dispõni
bus. quod est falsum manifeste: cuꝫ determinatus actus
2° de aĩa tex. 24. necessario requirat potentiam determinatam ſm Phi
7 modus losophum. ¶ 7° ex nã proprij susceptibilis. Cum enĩ pro
batum sit ꝙ manẽtibus formis elẽtoꝝ in mixto in aliq̃
parte mãe opꝫ recipi formam vnam: puta ignis: ꝛ in alia
formam aque: ꝛ cõstat ꝙ ex compositione forme subalis
aque vel ignis cum mã resultet necessario elẽtum ignis
vel aque: sequit̃ ꝙ mixtum ſm aliquã sui parteꝫ sit ignis
ꝛ ſm aliquã sit aqua vel aer. Sed manifestũ est ꝙ in qua
libet parte mixti recipitur vltima forma: puta carnis vel
ossis: quare ſm eorum positionem cũ ptes mixti nõ sint
nisi diuersa elementa in actu vt ostensum est sequitur ꝙ
simplex elementum absqꝫ sui corruptione sed soluꝫ per
aliquam alterationẽ possit eẽ subiectum cuiuslibet forme
subalis: puta carnis vel ossis: ita vt vere sit dicere ꝙ ignis
est actu caro ꝛ terra vel aer in actu est sanguis vel os: que
cũ oĩa falsa sint opꝫ melius dicere. vꝫ ꝙ forme elẽtorum
8 modus nõ manẽt in mixto nisi ṽtute. ¶ Octauus modus est ex
nã identitatis. Cum enim forme elẽtorum ꝛ sint subales
forme ꝛ sint differentes specie: opꝫ vt diuersitatem suba
lẽ causent in diuersis ptibus mixti. Sed manifestum est
ꝙ omnes partes mixti ꝯueniũt in vna vltima forma sub
stantiali: ac per hoc opꝫ dicere ꝙ sic constituant aliquod
essentialr̃ ꝛ substantialiter vnum: quare si forme elemen
toꝝ manẽt in actu sequitur ꝙ partes mixti habeãt adin
uicem subalem idẽtitatem propter identitatẽ substantia
lis forme: ꝛ tamen sustantialẽ hñt diuersitatẽ propter di
uersitatem formarum elemẽtorum: quod iplicat ꝯtradi
ctionem: vt. s. aliquod ſm subam sit idẽ ꝛ nõ ideꝫ. Si aũt
dicat̃ ꝙ ille forme omnes sint in eadẽ parte mãe idẽ in
conueniens sequitur: ꝛ adhuc maius: qꝛ vꝫ sequitur ꝙ ea
dẽ pars mãe sit eadem ꝛ diuersa subaliter a seipsa. ¶ 9° 9 modus
ex introductione forme subalis. Si enĩ forme elemento
rum manẽt actu in mixto opꝫ ea esse in diuersis partibus
mãe. Ad diuersas aũt formas spe: impoĺe est conseq eas
dẽ dispões: vel accñtia in mã: quare si hoc dicatur opor
tet dicere diuersas partes mixti esse dispositas ꝛ affectas
ꝯtrarijs ꝛ oppositis dispositionibus ꝛ qualitatibus: puta
vt pars in qua est forma ignis sit affecta raritate ꝛ calidi
tate. Et illa in q̃ est forma aque vel terre frigiditate vel
siccitate seu humiditate. Neqꝫ enim est intelligibile ꝙ
illa ps mãe in qua dicit̃ eẽ forma ignis in actu afficiatur
humiditate. vel in qua forma aque afficiat̃ siccitate. Sed
ea que sunt disposita ꝯtrarijs ꝛ oppositis dispõibus im
possibile est informari eadem forma: quare si forme hu
iusmodi sũt ibi actu: sequitur ꝙ forma vltima nunq̃ pos
sit introduci nisi prius ille forme abijciantur: ꝛ ita nõ sint
actu. Silr̃ ẽt seqtur vlterius ꝙ nõ oẽs ptes mixti sint af
fecte diuersis q̃litatibus: qḋ est ꝯtra sensuꝫ: qꝛ eadẽ ps car
nis ꝛ est calida ꝛ humida. ¶ Decimo ex nã actionis. Lꝫ 10 mod
forme nõ sint ꝯ̃rie ꝓprie loquẽdo: tñ qꝛ oppositionẽ quã
dã includũt: opꝫ vt a diuersis spe formis causent̃ ꝯ̃rie dis
põnes actiue vel passiue sicut a forma ignis caliditas: a
forma aque frigiditas: que tñ nõ agũt nisi ṽtute subaliũ
formaꝝ. Si ergo manẽt huiꝰ forme opposite: aut sũt eq̃
les in ṽtute: aut nõ. Si sũt eq̃les cũ sint opposite: ꝛ opposi
ta mutuo se expellũt: impossibile erit elẽta vniri in mix
to. Si aũt nõ sũt eq̃les: vna que maioris virtutis est aliã
corrumpet: ꝛ sic ad minus non manebunt omnes actu in Aliorũ opinio ꝛ 2° opio quã tenuit Auicenna vt hꝫ 3° celi. t. cõ. 67.
mixto. ¶ Propter qḋ alij aliter dixerũt ponẽtes ꝙ nõ so
lum qualitates alterant̃: sed ẽt sube eo ꝙ forme elemen
toꝝ in genere formaꝝ sunt iperfectissime: ꝛ quasi medie
inter subales formas ꝛ accñtales: ꝛ ita suscipiunt magis ꝛ
minus: ac per h̃ ex virtute intẽsionis ꝛ remissionis redu
cte ad medium possunt vniri in mixto vnione ꝑfecte mix
tiõis. ¶ Sed hec positio est adhuc irrõnabilior ꝙ̃ pma.
¶ Primo qdẽ ad eã seqtur ꝙ mixtio nõ soluꝫ sit in acci Prĩa rõ ꝯ Auer. p° de gñõ ne. t. c. 87
dentibus: sed etiaꝫ in subijs: qḋ est ꝯtra Phm in libro de
aĩalibus: vbi expresse dicit ꝙ mixtio solũ sit ſm accñtia.
Silr̃ ẽt est ꝯtra rõnẽ. Nã in oĩ mixtione opꝫ vt vnuꝫ mi
scibilium sit in potentia ad alteꝝ. ꝑꝑ qḋ dicit Phs ꝙ illa
sunt solum miscibilia q̃ cõmunicant in mã. Lꝫ ẽt h̃ non
sufficiat: sed vna forma subalis nunq̃ est in potentia ad
aliam formã subalem: puta forma ignis ad formaꝫ aque:
nec illa aeris ad formã vel naturam terre quare impossi
bile est formas substantiales ꝛ quãtũcunqꝫ remissas mi
sceri adinuicẽ mixtiõe ꝑfecta. Probatio aũt maioris: qꝛ
impoĺe est fieri vnũ eẽntialiter ex duobus in actu. ¶ 2° 2° rõ ꝯtra Auerro.
falsitas huius positionis pꝫ qꝛ si forme elẽtorum remit
tũtur cũ ad mixtiõeꝫ veniunt: per talẽ remissionem aut
perdẽt eẽ subale qḋ vnaqueqꝫ ꝯsequebat̃: aut nõ. Si per
dũt: tũc cũ esse sit actus entis: ꝛ ipoĺe est aliqḋ ens ponere
in actu sine actu suo: qui est eẽ: sequitur necessario ꝙ per
talẽ remissionẽ forme ẽt corrumpantur: ꝛ ita non rema
nebunt ibi ille forme: nec actu nec virtute. Si autem per
talẽ remissionẽ non ꝑditur eẽ subale ipsoꝝ: seqtur ꝙ ipse
sint in actu distincte abinuicẽ: qḋ supra ostensum est esse
impoĺe. ¶ 3°. qꝛ certum est cũ eẽ sit actualitas forme ſm 3° ratio.

ꝯditioné forme opꝫ ponere ꝯditioné ipsius eē: ſꝫ ipoſe eſt
ꝙ ſubale eē alicuius recipiat magis ⁊ minus: eo ꝙ ipſum
eſt vltima actualitas rei: ac per h actus eius: lꝫ autē alicui
actui vel in aliquo qḋ eſt actu ſm Boetium poſſit eē vel
intelligi maior vel minor admixtio: tñ ei quod nihil eſt
aliud q̄ꝫ actualitas actus ſubatis ⁊ ſimplex ipoſſibile eſt
eē vel intelligere admixtū aliquid potētie: ⁊ per ꝯñs cū
illud quod nō pōt ſuſcipere admixtioné aliquā contrarij
nō poſſit intēdi nec remitti vt ſupra habitum eſt. neceſſe
eſt dicere ꝙ eē ſubale nō ſuſcipiat magis ⁊ minus: ac per
4° ratio. hoc nec forma quā illud eē ꝯſequitur. ❡ 4°. qꝛ ꝯſtat ꝙ
forme ſubali nihil eſt ꝯtrariū: intenſio aūt vel remiſſio nō
fit niſi per acceſſum vel receſſum a ꝯtrario: q̄re impoſe eſt
5° ratio huiꝰ formas intendi vel remitti. ❡ 5°. qꝛ dato ꝙ large lo
T. c. 4. quēdo forme eſſet aliqḋ ꝯtrariū: h ſm Phm in pmo phy
ſicoꝝ nō erit niſi priuatio: quare ſi forme ſubales recipe-
rēt magis ⁊ minus. ſequeretur ꝙ priuatio ſimul poſſet ſtare cū
6° ratio forma ſubali: quod eſt ꝯtra Phꝫ ibidē. ❡ 6°. qꝛ ſi forme
ſubales recipiunt magis ⁊ minus: ſequitur neceſſario ꝙ
gnātio eſt motus: ac per hoc ꝙ in ſuba ſit motus qḋ eſt cō
T. cō. 10. tra Phm in 5° phyſicoꝝ. Similr etiā cum forma ſubalis
ignis ꝯſtituat nām ignis: ⁊ quātūcūqꝫ ſit remiſſus ⁊ imper-
fectus ſemp ſit ignis: ac per hoc ſit impermixtus cuilibet
alteri elemento: puta aque vel terre: ſequitur ꝙ erunt ibi
elementa ſm actū diſtincta: ac per hoc non erit ibi vera
7° ratio. mixtio. ❡ 7°. pꝫ huiꝰ poſitionis falſitas q̄ꝫtum ad hoc ꝙ
dicit formas elntoꝝ eſſe medias inter accidentales ⁊
ſubſtantiales. Hoc enim eſt impoſe. Naꝫ cuꝫ ſuba ſit ens
per ſe ⁊ in ſubiecto exiſtens: accñs aūt ſit ens in alio exñs:
pꝫ ꝙ accñs ⁊ ſuba diuiduntur oppoſitione ꝯdictoria: que. ſ.
ſumitur penes eē ⁊ non eē in ſubiecto: q̄re ſicut impoſe eſt
inter contradictoria cadere medium: ita ⁊ impoſſibile eſt
8° ratio. eſſe medium inter ſubam ⁊ accñs: ſeu inter formas ſub-
T. cō. 10. ſtantiales ⁊ accñtales. ❡ 8°. qꝛ ſm Phm in. 8. metaphy-
ſice. ſpēs que trahūtur a formis ſunt ſicut numeri in qui-
bus vnitas addita vel ſubtracta variat ſpēm. Ex quibus
verbis pꝫ ꝙ dña in formis ſpecificis attenditur ſm magis
pfectū ⁊ minus perfectū: quare ſi forme elemētoꝝ remit
tuntur in mixto iā nō erunt eedē forme in ſpe: ſed diuerſe.
Sicut gratia exēpli. Cōſtat ꝙ nā forme ignis in hoc cōſi
ſtit vt ꝯſtituat ſumme calidū: quare ſi talis forma in ſui
eſſentia aliquā remiſſioné patiatur iā nō ꝯſtituet ſumme
calidū: ac per hoc nō erit ſpēi eiuſdem. Et ſilr pōt dici de
oibus formis elntoꝝ. Rō eni eſſentie vel nāe cuiuſlibet
ſpēi in indiuiſibili conſiſtit pp qḋ impoſſibile eſt formas
ſubales a quibus huiꝰ rōnes ſpecifice trahuntur magis vel
9° ratio. minus recipere. ❡ 9°. qꝛ ſm Phꝫ in. 2. phyſicoꝝ. tūc vnū
T. cō. 11. quodqꝫ dicitur tale eē: puta caro vel os qñ hēt formam ſuā
puta carnis vel oſſis: Si ergo forme elntoꝝ recipiūt ma
gis ⁊ minus: aut poſt talē intenſioné ⁊ remiſſioné ſunt ta-
les: aut nō ſūt ille forme eedē ſpe: cū idētitas effectus de
monſtret idētitatē cauſe. Si aūt ſūt idē: cū ſm Phm in
T. cō. 10. 9. metaphyſice in nālibus agētibus pñtibus actiuis ⁊ paſ-
ſiuis ſtatim ſequatur actio ſequitur ꝙ vnaqueqꝫ forma eln-
ti in mixto exñs ꝯſtituat ſui elti nāꝫ: puta ꝙ forma ignis
cōſtituat ignem: ⁊ aer aerem: ⁊ ſic de alijs. oē aūt elntum
actu puta ignis vel aer de neceſſitate eſt corpus: quare cū
corpora diuerſarum nārum diſtinguantur abinuicē pro-
prijs dimenſionibus: ſeqtur ꝙ in mixto ſint actu diuer-
ſa corpora ita ꝙ ibi nulla ſit mixtio: niſi forte ſm ſenſuꝫ.
10° ratio. ❡ Decimo: qꝛ cū actio nāe ſit determinata eo ꝙ ipſa eſt
T. cō. 12. pncipium ordinis ſm Phm in. 8. phyſicoꝝ. cōſtat ꝙ eln-
ta nō veniunt ad ꝯſtitutioné alicuius rei nobilis: puta eq
vel hoīs a iſi per multas generationes: ſed generatio ſm
p° de gñō Phm eſt de toto in totum: nō ergo māſerūt elnta nec eo

rum forme: vt iſti dicūt. Ex quibus oībus euidēter appa- M. t. c. 10.
ret impoſſibile eſſe formas elntorum vel actu manere in
mixto: vel ſuſcipere magis ⁊ minus. ❡ Et iō aliter dicen Propria
dum eſt. ſ. ꝙ forme elntoꝝ manēt quidem in mixto in po ſnia.
tentia ⁊ virtute: ſed nō actu. Nā cum ſm Phm in. 5. me- T. cō. 4.
taphyſice elntum ſit ex quo fit aliud cū inſit. hec aūt qua
tuor. ſ. ignis aer aqua ⁊ terra ſm ſniam Phi ſint elemēta
oium mixtoꝝ. opꝫ dicere neceſſario ꝙ ipſa ⁊ ipſoꝝ forme
aliquo modo maneāt in mixto: quare cū nō poſſint rema
nere nec in actu perfecto nec remiſſo: vt iaꝫ multis rōni-
bus oſtenſum eſt. Reſtat neceſſario dicere ꝙ remaneant
ṽtute. ❡ Quod vt melius videatur q̄liter poſſit cōtinge
re videnda ſunt tria. Primo q̄liter ex elntis poſſit conſti
tui ſuba mixti. 2° q̄liter in ſuba mixti ſaluetur elntoꝝ nā.
3° q̄liter abſqꝫ mixtione formaꝝ ſubſtantialiū poſſit fieri
mixtio in accñtibus. ❡ Ad euidentiā aūt pmi ſciendum
eſt ꝙ a Pho in. 2. de generatiōe tria excipiuntur q̄ ſm nāꝫ
proprie miſceri non poſſunt. Videlꝫ ea que carent pporti-
tiōe ſeu quātitatis: ſeu ṽtutis. ppterea ꝙ vna gutta aque
mille amphoris vini miſceri non pōt: ſeu ex nutrimento
⁊ nutrito ſm Phm nō pōt fieri mixtio. ❡ 2° que nō ſunt
apta nata agere ⁊ pati adinuicem cuiuſmodi ſunt omnia
que nō coīcant in materia. ❡ 3° ea que nō poſſunt abinui
cem ſeparari cuiuſmodi ſunt mā ⁊ forma. propter quod
dicit Philoſophus ꝙ cera nō miſcetur figure eo ꝙ vnuꝫ
ipſoꝝ habet ſe per modū forme: aliud per modum māe.
Si ergo cum oia quatuor elnta coīcent in mā ac per hoc
mutuo patiātur ⁊ agant: cum paſſio magis fcā abyciat a
ſuba: opꝫ vt per talē actioné ſequatur alteratio non ſoluꝫ
in qualitatibus: ſed etiam in ſubys eoꝝ. Et ideo ſi in tali
elementoꝝ ꝯiunctione ſeu mutua actione vnum eorum
oino excedat in virtute: ſequetur corruptio oium alioꝝ
⁊ tranſmutatio in idē. Si aūt ſūt adequate virtutes: vnū
nō poterit trāſmutare alterū in ſeipſum: propter quod ex
tali actione opꝫ vt oia mutentur in 3ᵐ in quo oia elementa
ſint in potētia: ⁊ hoc vocatur mixtū. Et tñ hic aduertendū
ꝙ ſm Phm in pmo metheuroꝝ. hic apud nos nullū in-
uenitur purum: ſed oia ſunt quodāmodo mixta ex quatuor
elntis: qḋ itelligendū eſt vel mixtione vera vel mixtione
que eſt ad ſenſuꝫ. Sed tñ qꝛ hic inueſtigamus mixtionis
nām loqmur de elntis ⁊ eorū mixtiōe ac ſi oia eēnt abin-
uicem diſtincta ⁊ nulla in eis eſſet mixtio: lꝫ ēt q̄ꝫtum ad
propoſitum nihil referat. Nam ſicut elnta ſi eſſent oino
impmixta ex mutua eorum actione vnirentur in mixto: ita
etiam nūc exiſtētibus elntis mixtis aliq̄li mixtione ſeu
mixtione ad ſenſuꝫ ſeu mixtione vera: cū ad diuerſas for
mas exigatur diuerſa mixtionis nā opꝫ vt ex mutua actio
ne qualitatum mixti ibi preexiſtat vera mixtio vel qua-
litatum. vel elementorum ſi preexiſtit mixtio ad ſenſuꝫ:
conficietur mixtio ſeu vnio elementoꝝ in mixto. ❡ Ad Quō i
euidentiam autem ſecundi eſt ſciendum ꝙ ſm ſenten- ſuba mix
tiam Philoſophi omne agens agit ſibi ſimile. contingit ti ſaluetur
autem aliquando ꝙ ad vnum effectuꝫ concurrunt actio- elnoꝝ nā.
nes plurium agentium. Et ideo tunc oportet vt in illo ef-
fectu omnium illorum agentium ſimilitudo nature inue
niatur impreſſa: ita tamen ꝙ ſi illa agentia habeant ali-
quod agens ſpecificum ſuper ſe regulans ⁊ ordinans ope
rationes ipſorum: oportet vt ipſorum nature ſimilitudo
tāto iueniatur altiori modo ⁊ nobiliori in effectu q̄ꝫto illud
agens qḋ ipſoꝝ regulat actiones eſt nobilius ipſis. Cuius
rō eſt: qꝛ nobilitas effectus dependet ex nobilitate pnci-
palis agentis. Manifeſtum eſt aūt ꝙ ad conſtitutionem
mixti cōcurrunt actiones omniuꝫ quatuor elementorū.
Sicut eni dictū eſt ex mutua elemētoꝝ actione ꝯſtituitur
ſuba mixti. quare opꝫ vt in mixto ſint oino elntoruꝫ nāe

seu virtutes: cuius rō est: qꝛ effectus cum sua causa ꝯuenit in nã. Quare cũ elta per suas mutuas actiones ꝯstituant mixtũ: opꝫ vt in mixto sint nãe ꝛ virtutes omnium elnto rum: tãto gdẽ sublimius quãto specificũ agẽs ex cuius in tentione mediãte virtute celesti nobilitant actiones ele mẽtoꝝ. Quod vt lucidius cognoscaꝛ sciẽdum est ꝙ lꝫ nã rei cõposite non sit sola mã nec sola forma: tñ rō cuiuslibet: maxime cõsistit in rõne formali sicut rõ hois inquãtum est hõ in hoc cõsistit ꝙ sit rõnalis. Rõ aũt formalis est quedã perfectio. pp quod vbicunqꝫ est mã ꝛ ratio formalis seu ꝑfectio alicuius rei vbi vere põt dici nã alicuꝰ rei: maxime si ꝑfectio talis sit per actionẽ ipius causatiue in alterum introducta. Manifestum autẽ est ꝙ in mixto est mã elntoꝝ: silr est in mixto omnium elemẽtorum formalis perfectio: eo ꝙ nulla ꝑfectio que sit in elntis deest ipsis mixtis: q̃re pꝫ ꝙ in mixtis sunt oium elntorũ nature. Qꝛ aũt oium elementoꝝ formalis perfectio sit in mixtis pꝫ ex rõne ꝑtacta. Nã cum mixtum sit cãtum ex elntoꝝ actione: ꝛ oẽ agẽs agit sibi sile inq̃ntum põt opꝫ necessario ꝙ in suba formali mixti cõtineaꝛ omnis ꝑfectio q̃ fuit in elntis: ita tñ ꝙ in mixto illo eltorũ nãe: seu ꝑfectiones sunt nobiliori modo ꝛ perfectiori q̃ꝫ in ipsis elntis. Et hoc gdeꝫ necesse est ponere ẜm nãm. Nã quãto aliquod est magis actu tãto magis est vnuꝫ: eo ꝙ actus est pñᵐ vnitatis. Quãto aũt aliqḋ est magis vnum: tãto est magis ꝑfectum ꝛ magis nobile. Manifestum est autẽ ꝙ quanto plura agentia ad vnũ aliquod constituẽdũ concurrunt ꝙ perfectiones seu similitudines illoꝝ agentium ex ꝓprijs actionibus in illũ effectũ impresse necessario magis vnite cõtinẽtur in effectu q̃ꝫ in seipsis cũ agentia sint plura ꝛ effectus sit vnus. quare cũ ita ꝯtigat in mixtione. s. ꝙ plura sunt agentia. s. q̃tuor elnta: ꝛ vnus effectus. s. mixtum: opꝫ necessario dicere ꝙ nãe ꝛ virtutes elntoꝝ sint magis vnite: ꝛ ꝑ ꝯñs nobiliori mõ sint in mixtis q̃ꝫ in ipsis elntis. Et hoc est elnta virtute contineri in mixtis ẜm eorũ substantiã. Nã qũo contineanꝛ in eis ẜm ꝓprias qualitates. dicetur statim. ¶ Ad euidẽtiã aũt tertij est sciendũ ꝙ in noie mixtionis seu mixti tria videnꝛ includi. Et primum est vt sit ex diuersis naturis ꝯstitutum. ¶ 2ᵐ vo vt in se diuersoꝝ nãs seu perfectiones cõtineat. ¶ 3ᵐ aũt vt nõ sit oino simplex ꝛ nãe eiusdem cũ miscibilibus. Et siq̃deꝫ attendaꝛ secũda conditio sic quodãmodo possumus dicere nõ solum mixtionẽ fieri ꝛ esse in accñtibus: verũ etiã in substãtijs elementoꝝ. Nã sicut dictũ est suba mixti in se ꝯtinet oium elementorum nãs ꝛ virtutes nõ solũ quo ad accñtia verũ etiã quo ad subas ipsoꝝ. Silr ẽt si attẽdaꝛ ꝑma cõditio aliquo mõ substantia mixti põt dici ex diuersis naturis cõposita: inq̃tũ. s. in eius suba sũt perfectiones diuerse ex actione diuersoꝝ elntoꝝ cãte. Propter qḋ etiã in corruptiõe ipm mixtũ in elnta eadẽ resoluitur ex quoꝝ mutua actione fuerat causatũ. ¶ Sed si attendatur tertia conditio sic absqꝫ dubio in solis accidẽtibus vera mixtio inueniꝛ. ¶ Ad cuius euidentiaꝫ notãda sunt tria. ¶ Primo pp q̄d necessarium est preexistere dispõnes in mã cũ postea abijciãtur. ¶ 2ᵒ ꝓpter quid in accñtibus est fieri mixtionẽ. ¶ 3ᵒ qũo possit fieri mixtio ante aduẽtum forme: ꝛ qũo post. ¶ Ad primi euidentiã sciẽdum est ꝙ nulla ps mãe nunq̃ꝫ inueniri põt in rerum nã nisi sub actu alicuius forme. Quãlibet autem formã ꝯsequũtur ꝓprie ꝛ determinate dispõnes sine quibus in mã manere nõ posset. Et si noua forma debeat in mãꝫ introduci: opꝫ nec̃io vt mã illa nouis formis disponatur. Nã cũ illa mã sit actu determinata dispõnibus ꝯuenientibus forme quã habet. in se vo ꝯsiderata sit indeterminata ad quãlibet: nunq̃ꝫ posset hec vel illa forma determinate introduci: nisi abijcerenꝛ dispõnes quas actu hꝫ prius ꝛ inducerentur noue. Nec obstat ꝙ ille dispõnes abijciũtur. Nã aliud ẽ formam introduci: ꝛ aliud mãe vniri. In vnione enim (vt infra ostendeꝛ) ĩpossibile est eẽ aliquaꝫ dispõnem mediã: sed in introductione necessario requiriꝛ mediũ seu dispõ expelẽs mãm forma ꝑma ꝛ veteri: ꝛ habilitans ad 2ᵃᵐ. Propter qḋ sicut in termino cessat via: ꝛ in pũcto linea: ita opꝫ vt in introductiõe forme cesset ois dispositio ꝑinducta. ¶ Ad euidentiã aũt scdi sciẽdum est ꝙ sicut prehabituꝫ est in forma substantiali ipsius mixti cõtinenꝛ nãe ꝛ virtutes oẽs elntoꝝ. Propter qḋ opꝫ dicere ꝙ in ipsa forma mixti sint virtutes ad ꝓducendas q̃litates oium elntoꝝ. Scdm aũt sniam Augustini q̃libet substãtialis forma est tota in toto ꝛ tota in qualibet pte corporis mixti: etiã ẜm qḋcunqꝫ pũctũ datũ: vnde sicut oẽs forme elemẽtales carẽt oẽs q̃litates oiuꝫ elementoꝝ: ita forma subalis mixti q̃ in virtute ꝯtinet oẽs nãs elementoꝝ causat in supposito oẽs illas q̃litates ꝑ modũ cuiusdã dispositionis ad talẽ formã mixti: maxime cũ hec dispositio nullo modo ĩpediri possit: cum huiꝰ q̃litates sint de ꝑmis dispõnibus eius. Ille aũt qualitates cũ sint ꝯrie impoĩe est vt sint in vna ꝛ eadem parte materie nisi remittanꝛ a proprijs actualitatibus: vt sic possint adinuicẽ in eadẽ pte vniri essentiali vnione. Quare cum hoc nihil aliud sit q̃ꝫ mixtio: eo ꝙ mixtio est miscibiliũ alteratorũ vnio ẜm Phm in ꝑmo de gñatione: opꝫ necessario ꝙ substãtiã mixti ꝯsequaꝛ mixtio q̃litatum. ¶ Ad euidentiaꝫ aũt tertij sciendũ est mixtionẽ sic fieri. Nã calidũ in pñᵒ mixtiõis ꝑmo agit in frigidũ: ꝛ agendo in ipm remittit ꝛ alterat frigiditatẽ ab actualitate sua. s. imprimendo similitudinẽ suã. Et simili modo humidum agit in siccũ alterãdo ꝛ tẽperãdo ipm. Et h̃ gdem tãdiu fit quousqꝫ predicte q̃litates ꝑ mutuã actionẽ adequenꝛ i ꝓprijs vtutibꝰ ꝛ alterenꝛ ab actualitatibus proprijs: vt que ẜm proprias in eadem parte subiecti esse non poterãt iam alterate ꝛ a proprijs actualitatibus remisse: lꝫ sint diuerse in se: per essentialem tamen vnionem ex tali actione causatam terminentur per vnum ꝛ eundem actum essendi: vt statim melius declarabitur: ac per hoc simul possint eẽ in eadeꝫ pte subiecti. Sed tamen aduertendum est ꝙ alia est mixtio ante introductionem forme substantialis: ꝛ alia post. Est enim quedam mixtio per accidens. Et quedam mixtio eẽntialis ẜm naturam: seu per se. Et mixtio quidem per accidens est qñ in aliquod subiectum affectũ naturaliter aliqua qualitate: puta in aqua que ẜm naturam frigiditate afficitur superinducitur violenter aliqua qualitas ꝯria: puta caliditas: que quidem non est conueniens ipsi subiecto. s. aque. Tunc enim antequã sit ibi perfecta caliditas oportet mixtum esse calidum violentum cum frigido naturali: propter quod talis mixtio dicitur eẽ per accidens ꝛ innaturalis eo ꝙ est contra naturã forme substantialis existentis in subiecto. Cuius signum est. Prio qꝛ illa mixtio non est quiescens: sed in quodaꝫ motu. Nõ enim manet ibi calor cum frigore nisi ẜm quendam motum inquantum. s. caliditas corrumpit paulatim frigiditatem: propter quod in fine tandeꝫ non est ibi mixtio: sed corruptio totaliter alterius. Scdo quia statim cessante actione violenti agentis illa mixtio soluiꝛ per corruptionem calidi ꝛ reintegrationẽ frigidi. Tertio qꝛ talis mixtio nunq̃ꝫ perficitur: cũ ille qualitates nunq̃ꝫ sint ambe ꝛ essentialiter vnione ꝯiuncte: sed semꝑ vel sint ibi in actu mutuo se corrũpendo: vel sit ibi vna sola altera iam corrupta. Vñ merito hec mixtio per accidẽs appellaꝛ. Et talis gdeꝫ mixtio est in subiecto ante introductionẽ forme q̃ mediãte mã habilis reddiꝛ ad vnionẽ subalis forẽ: quã

Rōes hec ... mixto.

Propter ... tollere dispõnes mã ... tã.

Qr formã introduci i mã ꝛ illi vniri.

Propter qd i accñtibus fa mixtio.

T. c. 84. Quo fiat mixtio.

Diuersitas mixtionis i accidẽtibus añ mixti gñationẽ ꝛ post.

postea ꝯsequitur mixtio ƒꝫ nãm perfectã. Et h̄ quidē est ꝯueniēs vt. s. talis mixtio formã ꝓcedat: que ꝯsiderata in relōne ad formam ſubalem sit inālis ⁊ imperfecta. Et re lata ad sequentem formã ⁊ vīe agens quod intēdit simul cum agēte specifico aliã formã introducere. sit quidē nã lis. sed iꝑfecta. vt sic talis mixtio per inālitatē ad ꝑmã: formã ipam abyciat: ⁊ cōnālitatē ad sequētē: nãꝫ ad illã introducendã disponat: ⁊ per iꝑfectionē: gñātionem nã lem reddat: cuius. s. nãe est propriũ de imperfecto ad ꝑfe ctum venire. Mixtio aũt eēntialis ⁊ per se ⁊ ƒm nãm est illa que ꝯsequitur exigentiã ⁊ nãm ſubalis forme ipsius rei. De qua (vt ꝑfecte sciaꝰ verũ sit pole fieri ⁊ q̃uo fiat) considerãdum est ꝙ eē est actus agentis: actus aũt hꝫ di stinguere nãs ⁊ eēntias reꝝ. Propter qđ ipole ē aliq̃ plu ra si habeãt eēndi actum eēntiali vnione esse coniuncta. Mixtio aũt est q̄dã miscibilium eēntialis: ꝑꝑ quod im possibile est aliq̃ plura quoꝝ singula sigillatim ne©io ꝯse quaꝰ actus eēndi: misceri adinuicē mixtione ꝑfecta: quin potius si debeat eē ꝑfecta mixtio opꝫ vt oīum miscibiliũ eēntia eodē termineꝰ eēndi actu: h̄ aũt ipole ē continge re nisi formis accn̄talibus. Nã cum ſubalis forma det eē simplr: eē eius nō depēdet ex aliquo subiecto: qn potius ipa ꝯstituat subiectũ in actu. Ex quo pꝫ qꝛ quãlibet formã ſuba lē ne©io ꝯseqtur eē qđ est actus eius: ac per hoc ꝙ impos sibile est in formis ſubalibus inueniri perfecte mixtionis nãm. Sed in formis accn̄talibus sic. Lꝫ enĩ in ipsis forte sicut ⁊ in formis ſubalibus differat esse ab ipsa forma: tñ ipm eē forme accn̄talis nihil aliud est q̃ inherētia q̄daꝫ ipsi subiecto. Uel si aliud sit: eius ꝑfectio ⁊ nã oīno depen det ex inherētia q̄dam ipsi ad subiectum. Propter qđ di cit Boeti⁹ ꝙ accn̄tis eē est inesse. Et iō ƒꝫ ꝯditionē subiecti opꝫ loq de vnitate ⁊ pluralitate seu ꝯditiōe ipsius eē for me accn̄talis. Forma enĩ accn̄talis nō dat esse subiecto sim pliciter: qꝛ illud ꝑsupponit a forma ſubali. sed solum dat subiecto ꝑfectionē q̄dã que est perfectio ƒm qd. Unñ sicut eē ſubale est eē simplr: eē v̄o accn̄tale est eē ƒm quid: ita forma ſubalis est ꝑfectio simplr: forma aũt accn̄talis est ꝑfectio ƒm quid. Manifestũ est aũt ꝙ ipm subiectuꝫ etiã ƒm eãdē ꝑtem sui est in potētia ad recipiēduꝫ plures ꝑfe ctiones ƒm qd. Ex quo pꝫ ꝙ plures ⁊ diuerse accidētales forme pñt eidē ꝑti subiecti inesse si hēant remissas ꝓprias virtutes. Quare cũ eē accn̄tale nihil sit aliud q̃ inheren tia quedã: ad minus oīno depēdeat inherētia ad subiectuꝫ: pꝫ ꝙ plus eēntie ⁊ diuerse formaꝝ accn̄talium pñt habe re eãdē inherentiã: ⁊ per ꝯñs terminari vno ⁊ eodeꝫ actu. Nec enim dici pōt ꝙ calor eidem ꝑti subiecti insit mediã te frigido. Sꝫ opꝫ ꝙ sicut eadē ꝑs subiecti imediate est in potētia ad calidũ ⁊ frigidũ: ita vtraqꝫ eidē parti ihereat: lꝫ ƒm eē remissum: ⁊ sic eadem inherētia termineꝰ: ⁊ eo dem eēndi actu: quod est eēntiali vnione vniri: cum illa sint vnita eēntialr que hñt vnũ eē: ac per hoc ꝙ in eis pōt saluari ꝑfecta mixtionis nã: sic enim cum illa que carent ꝓprio eēndi actu nō sunt nisi virtute in aliquo: ⁊ cuꝫ illa sint eēntialiter vnita que hñt vnum esse: ⁊ vlterius cum illa sint ex diuersis naturis cōmixta in q̄bus diuerse nãe ad vnum terminãtur eēndi actum: ⁊ cũ illud nō sit omni moda simplicitate vnũ in quo diuerse inueniuntur natu re cũ hec oĩa saluenꝰ in accn̄talibus formis sic cōiunctis vt pꝫ ex dictis: manifestum est ꝙ in eis vere saluaꝰ mix tionis nã. Hec enim vere mixta sunt: ⁊ dicuntur q̄ multa in se ꝯtinēt: ⁊ que ex diuersis mixta sunt: ac per hoc non sunt oīno simplr vnius nãe: ⁊ tñ hñt essentialem vnitatē.

Ad ꝑmũ arg. ¶ Ad ꝑmũ arg^m dōm est ꝙ aliq̃ possunt manere in ali quo duplr. s. actu ⁊ potētia. In eo qđ est eēntialiter vnum impossibile est aliq̃ plura actu manere: vt supra ꝓbatum est. quare cũ mixtũ sit eēntialiter vnuꝫ impole est vt elẽ ta sint ibi nisi virtute. Unñ v̄bum ꝑhi vitatē hꝫ si nō ma nerent nec actu nec virtute: qđ est falsum: ꝙ aũt possint elẽta in virtute manere. dictum est. ¶ Ad 2^m dōm ꝙ ƒm Ad 2^m ar gumentũ
ꝑhm in. 8. physicoꝝ. in oĩ motu est aliq̃ gñātio: ⁊ aliqua T. c. 59.
corruptio: ēt in mixtione opꝫ eē aliquã gñātionē ⁊ corru ptionē. Sed tñ lꝫ gñātio vel corruptio in aliquoꝝ admix tione ꝯcurrat: tñ rō ꝑncipalis mixtionis nō ꝯsistit in hoc ꝙ aliq̃ corrũpanꝰ vel aliqđ genereꝰ. sed potius in hoc ꝙ aliq̃ eēntialr vnianꝰ: ꝑꝑ qđ ƒm ꝑhm mixtio est elẽtorũ Ad 3^m ar
alteratoꝝ vnio. ¶ Ad 3^m dōm ꝙ accidentia mixti nō sũt gumẽtũ.
eadē numero cũ accn̄tibus elẽtoꝝ: sed eadē spe. Nec tñ ꝑꝑ hoc remanent sine proprio subiecto: cum ad ſubam mix ti ēt ƒm quãlibet ꝑtem sui huiusmodi accidētia de neces sitate ꝯsequanꝰ. vt supra ostensũ est. ¶ Ad 4^m dicēdũ est Ad 4^m ar
ꝙ illa ꝓpositio vera est: sꝫ tñ alr v̄ificatur in ſuba: ⁊ aliter gumẽtũ.
